- Cantus Varii
- Ad Benedictionem Ss. Sacramenti
  - Ante Benedictionem
    - Tantum ergo I
    - Tantum ergo II
    - Tantum ergo III
    - Tantum ergo IV
    - Tantum ergo V
    - Tantum ergo VI
    - Tantum ergo VII
    - Tantum ergo VIII
    - Tantum ergo IX
    - Tantum ergo X
    - Tantum ergo XI
    - Tantum ergo XII
    - Tantum ergo XIII
    - Tantum ergo XIV
    - Tantum ergo XV
    - Tantum ergo XVI
  - Post Benedictionem
    - Veni, Domine Jesu
    - Adoremus I
    - Adoremus II
    - Adoremus III
    - Adoremus in aeternum
    - Cor Jesu sacratissimum
    - Parce, Domine
- In Honorem Ss. Sacramenti
  - O salutaris I

O salutaris II

O salutaris III

O salutaris IV

O salutaris V

- Cantus Varii
- Ad Benedictionem Ss. Sacramenti
  - Ante Benedictionem
    - Tantum ergo I
    - Tantum ergo II
    - Tantum ergo III
    - Tantum ergo IV
    - Tantum ergo V
    - Tantum ergo VI
    - Tantum ergo VII
    - Tantum ergo VIII
    - Tantum ergo IX
    - Tantum ergo X
    - Tantum ergo XI
    - Tantum ergo XII
    - Tantum ergo XIII
    - Tantum ergo XIV
    - Tantum ergo XV
    - Tantum ergo XVI
  - Post Benedictionem
    - Veni, Domine Jesu
    - Adoremus I
    - Adoremus II
    - Adoremus III
    - Adoremus in aeternum
    - Cor Jesu sacratissimum
    - Parce, Domine
- In Honorem Ss. Sacramenti
  - O salutaris I

O salutaris II

O salutaris III

O salutaris IV

Cantus Varii

Ad Benedictionem Ss. Sacramenti

- Ante Benedictionem
  - Tantum ergo I
  - Tantum ergo II
  - Tantum ergo III
  - Tantum ergo IV
  - Tantum ergo V
  - Tantum ergo VI
  - Tantum ergo VII
  - Tantum ergo VIII
  - Tantum ergo IX
  - Tantum ergo X
  - Tantum ergo XI
  - Tantum ergo XII
  - Tantum ergo XIII
  - Tantum ergo XIV
  - Tantum ergo XV
  - Tantum ergo XVI
- Post Benedictionem
  - Veni, Domine Jesu
  - Adoremus I
  - Adoremus II
  - Adoremus III
  - Adoremus in aeternum
  - Cor Jesu sacratissimum
  - Parce, Domine

In Honorem Ss. Sacramenti

- O salutaris I

O salutaris II

O salutaris III

O salutaris IV

# CANTUS VARII

AD

# BENEDICTIONEM SS. SACRAMENTI

# CANTUS VARII

AD

# BENEDICTIONEM SS. SACRAMENTI

TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANGELISTAE

DESCLÉE ET SOCII

S. Sedis Apostolicae et Sacrorum Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMAE

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 16 Februarii 1928.

V. CANTINEAU, Vic. Gen.

Omnia jura vindicabimus tam in rhythmica signa quam in carmina quæ non inveniuntur in vaticana editione, sed ex nostris *Variis Precibus* aut aliis Solesmensibus libris excerpta sunt.

DESCLÉE ET SOCII.

Copyright 1928 by DESCLÉE & Co., Paris.

# INDEX GENERALIS.

Ad Benedictionem Ss. Sacramenti . . . . . 1
In honorem Ss. Sacramenti . . . . . . 18
In honorem B. Mariae Virginis . . . . . 50
Pro diversis temporibus et Festis . . . . 125

# APPENDIX.

Pro Summo Pontifice . . . . . . . 323
Pro Episcopo . . . . . . . . 324
Pro pace . . . . . . . . . 326
In variis necessitatibus . . . . . . . 327
Pro gratiarum actione . . . . . . . 328
In veneratione sanctae Crucis . . . . . 347
Commune unius Martyris . . . . . . 350
Commune plurimorum Martyrum . . . . . 353
Commune Confessoris Pontificis . . . . . 357
Pro Doctoribus . . . . . . . . 360
Commune Confessoris non Pontificis . . . . 364
Commune Virginum . . . . . . . 368
Commune non Virginum . . . . . . 371
Toni Psalmi Invitatorii . . . . . . . 374
Invitatoria . . . . . . . . . 404
Cantus recentiores. . . . . . . . 450

# CANTUS VARII
## ad Benedictionem Ss. Sacramenti.

### ANTE BENEDICTIONEM.

#### 1. Tantum ergo. I.



℣. Panem de caelo praestitísti eis. (Allelúia.)[1]
℟. Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúia.)

Orémus.

DEus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue quaésumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári ; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

## 2. Alius Tonus ex libris Italiae. II.

1.



TAntum ergo Sacraméntum Ve- ne- rémur
2. Ge- ni- tó- ri, Ge-ni- tóque Laus et ju-bi-



cérnu- i : Et an- tíquum do-cu- méntum No- vo
lá- ti- o : Sa- lus, ho- nor, vir-tus quoque Sit et



cedat rí-tu- i : Praestet fi-des suppleméntum
bene- dícti- o : Pro- ce- dénti ab utróque



Sén-su- um de- féctu- i.
Compar sit laudá- ti- o. A-men.

[1] *Alleluia* dicitur tantum Tempore Paschali et infra Octavam Corporis Christi.

### 3. Cantus modernus.* III.

5.



T Antum ergo Sacraméntum Ve- ne- ré-mur
2. Ge- ni- tó- ri, Ge-ni- tóque Laus et ju- bi-



cérnu- i : Et an- tíquum do-cu- mén-tum No-vo
lá- ti- o : Sa- lus, ho-nor, virtus quoque Sit et



cedat rí- tu- i : Praestet fi-des suppleméntum Sén-
bene- dí-cti- o : Pro- ce- dénti ab utróque Com-



su- um de- féctu- i.
par sit lau-dá- ti- o. A-men.

### 4. Alius Cantus ex libris Hispaniae.* IV.

5.



T Antum ergo Sacraméntum Ve- ne- rémur
2. Ge- ni- tó- ri, Ge-ni- tóque Laus et ju-bi-

* Cantus ex libris Solesmensibus excerpti asterisco distinguuntur.



cérnu- i : Et an- tíquum do-cu- mén-tum No-vo
lá- ti- o : Sa- lus, ho- nor, virtus quoque Sit et



cedat rí-tu- i : Praestet fi-des suppleméntum
bene- dícti- o : Pro- ce- dénti ab utróque



Sén-su- um de-féctu- i.
Compar sit laudá- ti- o. A- men.

## 5. Tantum ergo. V.

Auctore D. POTHIER.[1]

4.



T

Down in ad- o- ra- tion fall- ing, Lo! the sa-
To the ev- er- last- ing Fa- ther, And to the



cred host we hail; Lo! o'er an- cient forms de- part- ing,
Son who reigns on high, with the ho- ly spirit pro- ceeding



new- er rites of grace pre- vail; Faith for all de- fects sup- ply-
Faith from each e- ter- nal- ly, be sal- va- tion, ho- nor, Bless-

[1] Propriété de Mme Vve L.-J. BITON, éditeur, St-Laurent-sur-Sèvre (Vendée).




## 6. Tantum ergo. VI.

Auctore D. POTHIER.[1]

8. T













[1] Propriété de Mme Vve L.-J. BITON, éditeur, St-Laurent-sur-Sèvre (Vendée).

## 7. Tantum ergo. VII.

Auctore D. Pothier.[1]

6.

T



Down in a-do-ra-tion falling, Lo! the sa-
To the e-ve-last-ing Fa-ther, And to the



cred Host we hail; Lo o'er an-cient forms de-part-ing, New-
Son who reigns on high; With the ho-ly Spi-rit pro-ceed-ing Forth



er rites of grace prevail; Faith for all de-fects sup-ply-ing
From each e-ter-nal-ly; Be sal-va-tion ho-nor bless-ing



where the fee-ble senses fail
might and end-less ma-jesty A-men.

## 8. Tantum ergo. VIII.

5.

T



Down in ad-o-ra-tion falling, Lo! the sa-
To the ev-er-last-ing Fath-er, And to the

[1] Propriété de Mme Vve L.-J. Biton, éditeur, St-Laurent-sur-Sèvre (Vendée).




## 9. Tantum ergo. IX.






## 10. Tantum ergo. X.













## 11. Tantum ergo. XI.






## 12. Tantum ergo. XII.

Auctore D. POTHIER.[1]




[1] Propriété de Mme Vve L.-J. BITON, éditeur, St-Laurent-sur-Sèvre (Vendée).



the fee - ble senses fail
and end- less majesty. A-men.

## 13. Tantum ergo. XIII.

Auctore D. POTHIER.[1]

8.

T



Down in a- dor ra- tion falling, Lo! the sa-cred
To the e-ver- last-ing Fa-ther, And to the Son who



Host we hail; Lo! o'er an-cient forms de-part-ing, new-er
reigns on high; With the Ho-ly Spi-rit proceeding, Forth from



rites of grace prevail; Faith for all de-fects supplying, where
each e - ter-na-lly; Be sal-va-tion, ho-nor, Blessing, might



the fee - ble senses fail.
and end -less majesty. A-men.

## 14. Tantum ergo. XIV.

Auctore D. POTHIER.[1]

7.

T



Down in a- do- ra- tion falling, Lo! the sa-cred
To the e-ver-last-ing Fa-ther, And to the son who

1 Propriété de Mme Vve L.-J. BITON, éditeur, St-Laurent-sur-Sèvre (Vendée).



Host we hail; Lo! o'er an-cient forms de-part-ing, new-er
reigns on high; With the Ho-ly spi-rit proceed-ing, Forth from



rites of grace pre-vail; Faith for all de-fects sup-ply-ing, where
each e-ter-nal-ly; Be sal-va-tion, ho-nor, Bless-ing, might



the fee-ble sen-ses fail.
and end-less ma-jes-ty A-men.

## 15. Tantum ergo. XV.

I.



Down in a-do-ra-tion fall-ing, Lo! the sa-cred
To the e-ver-last-ing Fa-ther, And to the Son who



Host we hail; Lo! o'er an-cient forms de-part-ing, new-er
reigns on high; with the Ho-ly spi-rit proceed-ing, Forth from



rites of grace pre-vail- Faith for all de-fects sup-ply-ing,
each e-ter-nal-ly; Be sal-va-tion, ho-nor, bless-ing,




## 16. Tantum ergo. XVI.



## POST BENEDICTIONEM.

### 17. Veni, Domine Jesu.




### 18. Alius cantus.




### 19. Alius cantus.



## 20. Adoremus. I.

5.



A D- o-ré-mus * in aetérnum sanctís-simum



Sa-cra- méntum.

## 21. Psalmus 116.

5.



L Audá-te Dómi-num omnes gentes : * laudá-te



e- um omnes pópu-li.

2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in aetérnum.

3. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

4. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

## 22. Adoremus. II.

7.



A D- o-ré- mus * in ae-tér- num



sanctís- si-mum Sa- cramén-tum.

### 23. Psalmus 116.




2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in aetérnum.
3. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
4. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

### 24. Adoremus. III.




### 25. Psalmus 116.



2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in aetérnum.

3. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

4. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

## 26. Adoremus in aeternum. *





Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper : *



et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen. Ado-rémus.

### 27. Invocatio ad Ss. Cor Jesu.

1.



COR Je-su sacra- tís-simum, mi-se-ré-re nó-bis.

### 28. Cor Jesu.

4.



COR Je-su sacra-tíssi- mum, mi-se-ré-re no-



bis. *Psalmus 116.* Laudá-te Dóminum omnes gentes : *



laudá-te e- um omnes pópu-li.

2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in aetérnum.

3. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

4. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

### 29. Supplicatio.

I.



PArce, Dómi-ne, parce pópu-lo tu- o :



ne in aetérnum i-rascá- ris no- bis.

## IN HONOREM SS. SACRAMENTI.

### 1. O salutaris.

8.



O sa- lu- tá- ris Hósti- a, Quae cae- li
2. U-ni tri- nóque Dómi-no Sit sempi-



pandis ósti- um, Bel-la pre- munt ho-stí- li- a, Da
térna gló-ri- a, Qui vi- tam si- ne término No-



ro- bur, fer au-xí- li- um.
bis do- net in pátri- a. A-men.

## 2. O salutaris.

4.



O sa- lu-tá- ris Hó-sti- a, Quae cae- li pan-
2. U-ni tri-nóque Dó-mi-no Sit sempi- tér-



dis ósti- um, Bel-la pre-munt ho-stí- li- a, Da ro-
na gló-ri- a, Qui vi- tam si- ne término No- bis



bur, fer au- xí- li- um.
do- net in pá-tri- a. A-men.

## 3. O salutaris.

I.



O sa- lu-tá- ris Hósti- a, Quae cae- li pan-
2. U- ni tri-nóque Dómino Sit sempi- tér-



dis ósti- um, Bel-la pre-munt ho- stí- li- a, Da ro-
na gló-ri- a, Qui vi- tam si- ne término No- bis



bur, fer au- xí- li- um.
do- net in pátri- a. A-men.

## 4. O salutaris.

6.



O

O sav-ing vic-tim o-pen wide, the gate of Heav'n
To Your great name be end-less praise, Im-mor-tal God



to man be-low; our foes press on from ev'ry side, Your
head, One in three, O grant us end-less length of days, In



aid sup-ply Your strength bestow
our true na-tive land to see. A-men.

## 5. O salutaris.

7.



O sa- lu-tá- ris Hósti- a, Quae cae- li pan-
2. U-ni tri-nóque Dómi- no, Sit sempi- tér-



dis ósti- um, Bel-la pre- munt ho-stí- li- a, Da
na gló-ri- a, Qui vi- tam si- ne tér-mi-no No-



ro- bur, fer au-xí-li- um.
bis do- net in pátri- a. A-men.

## 6. O salutaris.

8.



O sa- lu-tá- ris Hó- sti- a, Quae cae- li pan-
2. U- ni tri-nóque Dó- mi-no, Sit sempi- tér-



dis ó- sti- um, Bel-la pre- munt ho-stí- li- a,
na gló- ri- a, Qui vi- tam si- ne tér-mi-no



Da ro- bur, fer au- xí- li- um.
No- bis do- net in pátri- a. A-men.

## 7. O salutaris.

6.



O sav-ing Vic-tim o-pen wide, The gate of Heaven
To Your great Name be endless praise, Im-mortal God-



to man be-low, Our foes press on from ev-ry side, Your
head One in three, O grant us end-less length of days, In



aid sup-ply Your strength be-stow.
our true na-tive land to see. A-men.

## 8. O salutaris.

2.



O sa- lu-tá- ris Hósti- a, Quae cae- li pan-
2. U-ni tri-nóque Dómi-no, Sit sempi- tér-



dis ó-sti- um, Bel- la pre- munt ho-stí- li- a, Da
na gló- ri- a, Qui vi- tam si- ne término No-



ro- bur, fer au- xí- li- um.
bis do- net in pá-tri- a. A-men.

## 9. O salutaris.

6.



O sa- lu-tá- ris Hósti- a, Quae cae- li pan-
2. U- ni tri-nóque Dómi-no, Sit sempi- tér-



dis ó- sti- um, Bel- la pre- munt ho-stí- li- a,
na gló- ri- a, Qui vi- tam si- ne tér- mi-no



Da ro- bur, fer au- xí- li- um.
No- bis do- net in pátri- a. A-men.

## 10. O salutaris.

*(Tempore Adventus.)*




## 11. O salutaris.



### 12. O salutaris.

2.



O sa- lu-tá- ris Hósti- a, Quae cae- li pan-
2. U-ni tri-nóque Dómi-no, Sit sempi- tér-



dis ósti- um, Bel-la pre- munt ho-stí- li- a, Da
na glóri- a, Qui vi- tam si- ne térmi-no No-



ro- bur, fer au- xí- li- um.
bis do- net in pá-tri- a. A-men.

### 13. Panis angelicus.

7.



PAnis angé- li- cus fit pa-nis hó- mi-num;



Dat pa-nis caé-li-cus figú-ris tér- mi-num: O res



mi-rá-bi- lis! man-dú-cat Dómi-num Pauper, servus,



et húmi- lis. 2. Te tri-na Dé- i- tas ú-naque pó-



scimus, Sic nos tu ví-si- ta, Sic-ut te có- limus :



Per tu-as sémi-tas duc nos quo téndi-mus, Ad



lu-cem quam inhá-bi- tas. A-men.

## 14. Ecce panis.

7.



E Cce panis Ange-ló-rum, Factus ci-bus vi- a-



tó-rum : Ve-re panis fi- li- ó-rum, non mitténdus cá-



ni-bus. 2. In figú-ris praesigná-tur, Cum I-sa- ac immo-



lá-tur, Agnus Paschae de-pu-tá-tur, Da-tur manna




### 15. O quam suavis.






## 16. O sacrum convivium.






### 17. Venite populi. *




munus commu-ni-cé-mus; quóni- am Agnus De- i
propter nos Patri sacri-fí-ci- um propó-si-tum est :
ipsum so-lum ado-rémus, ipsum glo-ri-
fi-cé- mus, cum Ange- lis clamán- tes :
al- le-
lú- ia.

## 18. Ave verum. *


6.
A - ve ve-rum * Corpus na-tum de Ma-rí- a
Vírgi-ne : Ve- re passum, immo-lá-tum in cru-ce



pro hómi-ne. Cu-jus la-tus perfo-rá- tum fluxit



aqua et sángui-ne : Esto no-bis praegustá-



tum mor-tis in ex-ámi-ne. O Je- su dul-



cis! O Je- su pi- e! O Je- su fi- li



Ma-rí- ae.

## 19. Adoro te.*

5.



A D- ó-ro te devó-te, la-tens Dé- i- tas,



Quae sub his fi-gú-ris ve-re lá-ti-tas : Ti-bi se cor



me- um to-tum súbji-cit, Qui- a te contémplans


to-tum dé-fi-cit. 2. Vi-sus, tactus, gustus in te fál-
li-tur, Sed audí-tu so-lo tu-to cré-di-tur : Cre-do
quidquid di-xit De- i Fí-li- us : Nil hoc verbo ve-
ri-tá-tis vé-ri- us. 3. In cru-ce la-tébat so-la Dé- i-
tas, At hic la-tet simul et humá-ni-tas : Ambo
tamen cre-dens atque cónfi-tens, Pe-to quod pe-
tí- vit latro paéni-tens. 4. Plagas, sic-ut Thomas,
non intú- e- or : De- um tamen me- um te confí-


te- or : Fac me ti-bi semper ma-gis créde-re.
In te spem ha-bé- re, te di- lí-ge-re. 5. O memo-
ri- á-le mortis Dómi-ni, Pa-nis vivus vi- tam
praestans hómi-ni, Praesta me- ae menti de te
ví-ve-re, Et te il-li semper dulce sápe-re.
6. Pi- e pel-li-cá-ne, Je-su Dómi-ne, Me immúndum
munda tu- o sángui-ne, Cu-jus una stil- la
salvum fá-ce-re To-tum mundum quit ab omni


scé-le-re. 7. Je-su, quem ve-lá-tum nunc adspí-ci- o,


Oro fi- at il-lud quod tam sí-ti- o : Ut te reve-


lá-ta cernens fá-ci- e, Vi-su sim be- á- tus


tu- ae gló-ri-ae. A-men.

## 20. Pange lingua.

3.


PAnge lingua glo-ri- ó-si Córpo-ris my-


sté-ri- um, Sangui-nísque pre- ti- ó-si, Quem in mun-


di pré-ti- um Fructus ventris ge-ne-ró-si Rex effú-


dit gén-ti- um. 2. No-bis da-tus, no-bis na-tus Ex in-


tácta Vírgine, Et in mundo conversá-tus, Spar-
so verbi sémi-ne, Su- i mo-ras inco-lá-tus Mi-
ro clausit ór-di-ne. 3. In suprémae nocte coenae
Re-cúmbens cum frátri-bus, Observá-ta lege ple-
ne Ci-bis in le-gá-li-bus, Ci-bum turbae du-o-dé-
nae Se dat su- is má-ni-bus. 4. Verbum ca-ro pa-
nem ve-rum Verbo carnem éf-fi-cit : Fitque san-
guis Christi me-rum, Et si sensus dé-fi-cit, Ad fir-


mándum cor sincé-rum So-la fi-des súf-fi-cit. 5. Tan-
tum ergo Sacraméntum Vene-rémur cérnu- i :
Et antíquum do-cuméntum No-vo cedat rí-tu- i :
Praestet fi-des suppleméntum Sénsu- um de-féctu- i.
6. Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tóque Laus et jubi- lá- ti- o,
Sa-lus, honor, virtus quoque Sit et bene-dícti- o :
Pro-ce-dénti ab utróque Compar sit laudá- ti- o.
A-men.

## 21. Sacris solemniis.




ómni-bus, quod to-tum síngu-lis, E-jus fa-témur
má-ni-bus. 4. De- dit fra- gí- li-bus córpo-ris fércu-lum,
De-dit et trísti-bus sángui-nis pó-cu-lum, Di-cens :
Accí-pi-te quod tra-do váscu-lum, Omnes ex e- o
bi-bi-te. 5. Sic sa-cri- fí-ci- um istud instí-tu- it,
Cu-jus of-fí-ci- um commítti vó-lu- it So-lis pre-
sbý-te-ris, qui-bus sic cóngru- it, Ut sumant, et
dent cé-te-ris. 6. Pa- nis an-gé-li-cus fit pa-nis hó-




## 22. Verbum supernum.




nit ad vi- tae véspe-ram. 2. In mor- tem a di-
scí-pu-lo Su- is tradéndus aému-lis, Pri- us in vitae
fércu-lo Se trá-di-dit di-scí-pu-lis. 3. Quibus sub
bi- na spé-ci- e Carnem de-dit et sánguinem, Ut
dúpli-cis substánti-ae To-tum ci-bá- ret hómi-nem.
4. Se na- scens de- dit só- ci- um, Convéscens in
e-dú-li- um, Se mó-ri- ens in pré- ti- um, Se regnans
dat in praémi- um. 5. O sa- lu- tá- ris hósti- a,




23. Homo quidam. *

6.






24. Unus panis. *






## 25. Immolabit haedum. *




schae : * Et e- dent carnes, et á-
zy- mos pa- nes. ℣. Pascha nostrum
immo- lá- tus est Chri- stus : í- taque
e- pu- lé- mur in ázy-mis sin-ce- ri-tá- tis
et ve-ri- tá- tis. * Et. Gló-ri- a Pa-
tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i
Sancto. * Et.

## 26. Coenantibus illis. *




ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- rí-
tu- i Sancto. * Ac-cí- pi- te.

## 27. Misit me. *


8.
M I- sit me * vi-vens Pa-ter, et
e- go vi- vo pro- pter Pa- trem : * Et
qui mandú-cat me, vi- vet pro-
pter me. ℣. Ci-bá-vit il- lum Dómi-nus pa- ne
vi- tae et in- tel-léctus. * Et qui. Gló-ri- a




**28. Qui manducat. ***






## 29. Christe, vivens hostia.




córdi- a, Intimis viscé-ri-bus. 4. Salve sa-lu-bér-
rima, Salve lux pulchér-rima To-ta no-bis lu-
ce- as. 5. Hostem do- na vínce-re, Va-ni-tá-tem
spérne-re, Et quod do-ces créde- re. 6. Omnem
fu-ga má-cu-lam, Cordis nostri né-bu-lam Aufer
Christe óptime. 7. Fac nos te-cum víve-re, Apud te
qui- ésce-re Et te tandem cérne-re. 8. Corpus tu- um
nó-bi-le, Cu- i ni-hil sími-le, Pandat no-bis pá-




## 30. O Jesu, vivens.





cti- óne vi- á- rum tu- á-rum, in commu- ni- óne



myste- ri- ó-rum tu- ó- rum, domi-ná- re omni



advérsae pot-está- ti in spí- ri- tu tu- o ad



gló-ri- am Patris.

## IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS.

### Litaniae Lauretanae.

1. Cantus I. *



KYri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe



exáudi nos.



Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fi-li Redémptor mun-di De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
San-cta Trínitas u- nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta Ma- rí- a, o-ra pro no-bis.



Sancta De- i Gé-nitrix, o-ra pro no-bis.
Sancta Virgo Vírgi-num, o-ra pro no-bis.



Ma- ter Christi, o-ra pro no-bis.

Mater divínae grátiae, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater boni consílii, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo praedicánda, ora.
Virgo potens, ora.

Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiae, ora.
Sedes sapiéntiae, ora.
Causa nostrae laetítiae, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mýstica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Foéderis arca, ora.
Jánua caeli, ora.



Stel-la ma-tu- tí-na, o-ra pro no-bis.

Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictó-
rum, ora.
Auxílium Christianó-
rum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum
ómnium, ora.
Regína sine labe ori-
gináli concépta, ora.
Regína sacratíssimi
Rosárii, ora.
Regína pacis, ora.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, parce



no-bis Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta



mundi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus De- i,



qui tol-lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re no-bis.

*Per Annum :*

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*

Concéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : † et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, * a praesénti liberári tristítia et aetérna pérfrui laetítia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*In Adventu :*

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis; ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, * ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

*Tempore Nativitatis :*

℣. Post partum, Vírgo, invioláta permansísti.
℟. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte fecúnda, humáno géneri praémia praestitísti : † tríbue, quaésumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, * per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

*Tempore Paschali :*

℣. Gaude et laetáre, Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus. *Oratio.*

Deus, qui per resurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum laetificáre dignátus es : † praesta, quaésumus; ut per ejus Genitrícem Vírginem Maríam, * perpétuae capiámus gáudia vitae. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## 2. Cantus II. *



K Y-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Chri-ste e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe



exáudi nos.



Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fili Red- émptor mundi De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spí- ri- tus San- cte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trí- ni- tas unus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no- bis.



Sancta De- i Gé-ni-trix, o-ra pro no- bis.

Sancta Virgo vírginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater divínae grátiae, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.

Mater admirábilis, ora.
Mater boni consílii, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo praedicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiae, ora.
Sedes sapiéntiae, ora.
Causa nostrae laetítiae, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mýstica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Foéderis arca, ora.
Jánua caeli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora.
Auxílium Christianórum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.
Regína sine labe origináli concépta, ora.
Regína sacratíssimi Rosárii, ora.
Regína pacis, ora.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi, parce



no-bis Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta



mundi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus De- i,



qui tol-lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re no- bis.

### 3. Cantus III. *



K Y-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe



exáudi nos.



Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré- re
Fi- li Red- émptor mundi De- us, mi-se-ré- re
Spí- ri- tus San-cte De- us, mi-se-ré- re
Sancta Trí- ni- tas unus De- us, mi-se-ré- re



no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no-bis.



Sancta De- i Gé- ni-trix, o-ra pro no- bis.
Sancta Vír-go vír-gi-num, o-ra pro no- bis.



Ma- ter Chri-sti, o-ra pro no- bis.

Mater divínae grátiae, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater boni consílii, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo praedicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiae, ora.
Sedes sapiéntiae, ora.
Causa nostrae laetítiae, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora.
Rosa mýstica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.
Domus áurea, ora.
Foéderis arca, ora.
Jánua caeli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora.
Auxílium Christianórum, ora.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.
Regína sine labe origináli concépta, ora.
Regína sacratíssimi Rosárii, ora.
Regína pacis, ora.


Agnus De- i, qui tol- lis peccá-ta mundi, parce
no-bis Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol- lis peccá-ta
mundi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus De- i,
qui tol- lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re no- bis.

## 4. Sub tuum.


7.
SUB tu- um praesí-di- um confúgimus,* sancta
De- i Gé-nitrix : nostras depre-ca-ti- ónes ne despí-
ci- as in necessi- tá-ti-bus : sed a per-í-cu-lis cun-


ctis lí-be-ra nos semper, Virgo glo-ri- ó-sa
et be- ne- dí-cta.

## 5. Ave Maria. *


A-ve Ma-ri- a, gratia plena, Dominus
te-cum: benedicta tu in mulie-ribus, et be-
Chorus.
ne-dí-ctus fructus ventris tu- i Je- sus. Sancta Ma-
rí- a, Ma-ter De- i, o-ra pro no-bis pecca- tó-ri-
bus, nunc et in ho-ra mortis nostrae. Amen.

## 6. Memorare. *


4.
ME-mo- rá-re, * o pi- íssi- ma Virgo Ma-
rí- a, non esse audí-tum a saé-cu-lo quemquam
ad tu- a curréntem praesí-di- a, tu- a implo-rán-
tem auxí- li- a, tu- a pe-téntem suffrá- gi- a,
esse de-re- lí-ctum. E- go, ta-li a-nimá-tus con-
fi- dén- ti- a, ad te, Virgo vírginum ma- ter,
cur-ro; ad te vé- ni- o, co- ram te ge-mens
peccá-tor assí- sto. No- li, Ma-ter Verbi,




7. Tota pulchra es. *





ví-ne-ae flo-réntes odó-rem dedé- runt, et vox túr-



tu-ris au-dí-ta est in terra nostra : surge,



pró-pe-ra, a- mí-ca me- a : ve- ni de Lí- bano,



ve-ni, co-ro- ná-be-ris.

### 8. Gaude Dei Genitrix. *

4.



G Aude De- i Gé-ni- trix, * Virgo imma-cu-



lá- ta ; gaude, quae gáudi- um ab Ange-lo susce-



pí-sti : gaude, quae ge-nu- ísti aetérni lúmi-nis



cla-ri-tá- tem : gaude Ma-ter, gaude sancta De- i Gé-


ni-trix Virgo : tu so-la ma-ter innúpta ; te laudat
omnis factú-ra Ge-ni-trí-cem lu-cis : sis pro
no-bis, quaésumus, perpé-tu-a inter-véntrix.

9. Beata es. *


I.
BE-á-ta es * Virgo Ma-rí- a, quae
Dó-mi-num portá- sti Cre- a-tó- rem
mun- di : Genu- í-sti qui te fe- cit,
et in aetér- num pér- manes Vir- go.




**10. Felix namque es.***




sol justí- ti- ae, Christus De- us
no- ster. ℣. O-ra pro pópu-lo, intérve-ni
pro cle- ro, intercé-de pro devó- to femí-ne- o
se- xu : sénti- ant omnes tu- um ju-vá- men
qui-cúmque cé-lebrant tu-am sanctam commemo-
ra- ti- ó- nem. * Qui- a. ℣. Gló-ri- a
Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i
San- cto. * Qui- a.

## 11. Solem justitiae. *






**12. O gloriosa. ***



## 13. Ave Maria. *


8.
A - ve Ma-rí- a, * De- i Gé- ni- trix intá-
cta : A- ve, il-lud A-ve per An-ge-lum ac-
cí- pi- ens : A- ve, concí-pi- ens Patris splen-
dó- rem be-ne- dí-cta : A- ve, Virgo sanctís-
sima, et ma-ter so-la innú- pta : te glo-
rí- fi-cat omnis cre- a-tú- ra ma-trem lúmi-nis,
al-le-lú- ia, al-le-lú- ia.

## 14. Speciosa. *


6.
S Pe-ci- ó- sa * facta es, et su- á- vis
in de-lí-ci- is tu- is, sancta De- i Gé-ni-trix; vi-
dé- runt te fí- li- ae, et be- a-tíssimam prae-
di- ca- vé- runt, et re-gí- nae laudavé-runt te :
esto no-stri me-mor, o Dó-mi-na, et Fí- li- o
tu- o nos re-concí- li- a, ut il-lum te- cum
vi-dé- re possí- mus per cuncta saé- cu- la.
A- men.

## 15. Maria est lilium.






### 16. Sancta Maria. *



## 17. Ave, virgo.


6.
A-ve, virgo pulchra vi-su, dépre-cor te
to-to ni-su, me clamántem quo-tí-di- e clemens
ma-ter audi pi- e. 2 Ave, digna omni laude
casta De- i ma-ter gaude et admítte vo-ta pre-
cum, ut sis, virgo, semper me-cum. 3 Ave, sca-la
caelum tangens, ad te, virgo, clamo plangens, ut a
ma-lo, stella ma- ris, de Si- on me tu- e- á-ris.
4 Ave, virgo, rumpe mo-ras et ad omnes semper




## 18. O salutaris.




rans pro- lem aequi-tá-tis so- lem, lu-cis auctó-rem,
ré-ti-nens pudó- rem súsci-pe laudem. Cae-li regí-
na, per quam medi- cí- na da-tur aegró- tis, grá-ti- a
devó- tis, gáudi- um moestis, mundo lux caelé-stis
spesque sa-lú- tis. Aula regá-lis, virgo spe-ci- á-
lis, posce medé- lam no-bis et tu-té- lam, súsci-pe
vo-ta, pre-ci-búsque cuncta pelle mo-lésta. Lux
sempi-térna, pi- e nos gubér-na, Pa-ter ac na-te




**19. Ad nutum Domini.** *





* Sic-ut. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o,



et Spi-rí- tu- i San- cto. * Sic- ut

## 20. Sancta et immaculata.*

2.



SAncta * et immacu-lá- ta Vir-



gí-ni- tas, quibus te láu- di- bus éf-fe-



ram né- sci- o : * Qui-a quem cae-li cá-pe-



re non pót- e-rant, tu- o gré- mi- o



contu-lí- sti. ℣. Be-ne-dí- cta tu in mu-li- é-ri-



bus, et be-ne-díctus fructus ventris tu-



i. * Qui-a. Gló- ri- a Pa-tri, et Fí- li- o,



et Spi-rí- tu- i San- cto. * Qui- a.

## 21. Virgo parens Christi. *

℟. 6.



V Ir-go pa-rens Chri- sti * be-ne-dícta, De- um



ge- nu- í- sti : fúlgi-da stel-la ma-ris, nos pró- te-



ge, nos tu- e- á- ris : * Dum ti- bi sol-émnes



can-tant cae-li ágmi-na



lau- des. ℣. Inter-cé- de pi- a pro



no- bis, Virgo Ma- rí- a. * Dum. Gló-ri- a



Pa- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i



San- cto. * Dum ti- bi.

## 22. Virginitas caelum. *

1.



V Ir- gí-ni-tas * cae- lum



post lapsum pri- ma re-cé-



pit : * Sed pri- us in Gé- ni-to,




## 23. Inviolata. *






## 24. Virgo Dei Genitrix. *




pit orbis In tu- a se clausit vísce-ra factus
homo. 2. Ve-ra fi-des Gé-ni-ti purgá-vit crími-na
mundi, Et ti-bi virgí-ni-tas invi- o-lá-ta ma-
net. 3. Te matrem pi- e-tá-tis, o-pem et clámi-tat
orbis : Subvé-ni- as fámu- lis, o be-ne-dícta,
tu- is. 4. Gló-ri- a magna Patri, compar sit gló-
ri- a Na-to, Spi-rí-tu- i Sancto gló-ri- a magna
De- o. A-men.

## 25. O quam glorifica.





flé-cti- tur omne; A quo te, pé-timus, subve-



ni- én- te, Abjéctis té-nebris, gáudi- a lu- cis.



4. Hoc largí-re Pa-ter lúmi-nis omnis, Na-tum per



própri- um, Flá-mi-ne sa-cro, Qui te-cum ní- ti-da



vi-vit in ae-thra Regnans, ac mó-de-rans saécu-



la cuncta. A-men.

**26. Concordi laetitia.** *

6.



C Oncórdi lae-tí-ti- a, Propúlsa maestí-ti- a,



Ma-rí-ae praecó-ni- a Ré-co-lat Ecclé-si- a: Virgo


Ma-rí- a! 2. Quae fe- lí-ci gáudi- o, Re- surgénte Dó-
mi-no, Fló-ru- it ut lí- li- um, Vivum cernens Fí-
li- um : Virgo Ma-rí- a! 3. Quam concéntu pá-ri-
li Cho-ri laudant caé-li-ci, Et nos cum caelésti-
bus Novum me-los pángimus : Virgo Ma-rí- a!
4. O Re-gí-na vírgi-num, Vo-tis fave súppli-cum, Et
post mortis stá-di- um, Vitae confer praémi- um : Vir-
go Ma-rí- a! 5. Glo-ri- ó-sa Trí-ni-tas, Indi-ví-sa



U-ni-tas, Ob Ma-rí-ae mé-ri-ta, Nos salva per



saécu-la : Virgo Ma-rí- a.

## 27. Mittit ad Virginem. *

6.



MIttit ad Vír-gi-nem Non quemvis Ange-



lum, Sed Forti-tú-di-nem, Su- um Archánge-lum, Amá-



tor hó-mi-nis. 2. Fortem expé- di- at Pro no-bis nún-



ti- um, Na-túrae fá-ci- at Ut praeju-dí- ci- um



In partu vír-gi-nis. 3. Na-tú-ram súpe-ret Na-tus



Rex gló- ri-ae : Regnet et ímpe-ret, Et zyma scó-


ri- ae Tollat de mé- di- o. 4. Superbi- énti- um Te-
rat fastí- gi- a, Colla sublími- um Calcans vi pró-
pri- a, Pot-ens in praé- li- o. 5. Fo-ras e-jí-ci- at
Mundánum prínci-pem, Matrémque fá-ci- at Se-cum
partí-ci-pem Patris impé- ri- i. 6. Ex-i qui mítte-ris,
Haec dona dísse-re; Revé-la vé-te-ris Ve-lámen lít-
terae, Virtú-te nún-ti- i. 7. Accé-de, núnti- a: Dic,
Ave, cóminus; Dic, ple-na grá- ti- a; Dic, te-cum


Dó-mi-nus; Et dic, ne tíme- as. 8. Virgo suscí-pi- as
De- i de-pó-si-tum, In quo perfí-ci- as Castum pro-
pó- si-tum, Et vo-tum té-ne- as. 9. Audit et súsci-
pit Pu- élla nún-ti- um; Cre-dit, et cónci-pit, Et
pa-rit fí-li- um, Sed admi-rá-bi-lem. 10. Consi- li- á-
ri- um Humá-ni gé- ne-ris, Et De- um fórti- um,
Et patrem póste-ris, In pa-ce stá-bi- lem : 11. Sic
no-bis ó-ri-tur Lumen de lú-mi-ne : Sic homo ná-



sci-tur Factus ex Vírgi-ne, Indúltor scé- le-rum.



12. Qui no-bis trí-bu- at Peccá-ti vé- ni- am, Re- á-tum



dí-lu- at, Et do-net pá-tri- am In arce sí- de-rum.



A-men.

## 28. Salve Mater. *

5.



SAlve ma-ter mi-se-ri-córdi- ae, Ma-ter De- i,



et ma-ter vé-ni-ae, Ma- ter spe- i, et ma-ter grá-



ti- ae, Ma-ter plena sanctae laetí- ti-ae, O Ma-rí- a!

*Repetitur* Salve mater.


1. Salve de-cus humá-ni gé-ne-ris, Salve Virgo dí-
gni- or cé-te-ris, Quae vírgi-nes omnes transgré-de-ris,
Et álti- us se-des in sú-pe-ris, O Ma-rí- a! Salve.
2. Salve fe- lix Virgo pu- érpe-ra : Nam qui sedet
in Patris déxte-ra, Cae-lum re-gens, terram et aé-
the-ra, Intra tu- a se clausit vísce-ra, O Ma-rí- a!
Salve.
3. Te cre- á-vit Pa-ter ingé-ni-tus, Obumbrá-vit
te U-ni-gé-ni-tus, Fe-cundá-vit te Sanctus Spí-ri-


tus, Tu es facta to-ta di-ví-ni-tus, O Ma-rí- a!
Salve.
4. Te cre- á-vit De- us mi-rá-bi-lem, Te respé-xit
ancíl-lam húmi- lem, Te quae-sí-vit sponsam amá-bi-
lem, Ti-bi numquam fe-cit consími-lem, O Ma-rí- a!
Salve.
5. Te be- á-tam laudá-re cú-pi- unt Omnes justi,
sed non suf-fí- ci- unt; Multas laudes de te concí-
pi- unt, Sed in il-lis prorsus de-fí-ci- unt, O Ma-rí- a!
Salve.



6. Esto, Ma- ter, nostrum so-lá-ti- um; Nostrum esto,



tu Virgo, gáudi- um; Et nos tandem post hoc exsí-



li- um, Laetos junge cho-ris caeléсti- um, O Ma-rí- a!
Salve.

## 29. Rosa vernans. *

4.



A L- le- lú- ia. * *ij.*





1. ℣. Ro- sa ver-nans ca- ri-
2. ℣. Gemma lu- cens pu- ri-
3. ℣. Cu- jus par-tus sin- gu-



1. tá- tis, lí- li- um virgi- ni- tá- tis, stel- la
2. tá- tis, lú-mi-ne di-vi- ni- tá- tis, no- bis
3. lá- ris, vín-cu-la morta- li- tá- tis no- bis



1. ful- gens, Ma- rí- a, vas
2. ad- sis, Ma- rí- a, thus
3. scin- dit, Ma- rí- a, lux



1. sancti- tá- tis, * o- ra pro no-
2. sua-vi- tá- tis,
3. li- bertá- tis,



bis Dó- mi- num.





## 30. Salve virga florens. *






**31. Alleluia. Imperatrix reginarum. ***






## 32. Candida Virginitas. *






### 33. Salve virginale. *




in quo De- i Pa- tris U- ni-gé- ni- tus
ha-bi- tá-re digná- tus est : * O Da- vid stirps
re-gá- lis, o Ma- ter pi- e-tá- tis, Ma-rí- a!
℣. Tu gló- ri- a Je-rú-sa- lem, tu lae-tí- ti- a
Isra- el : tu es Béthle-hem gemma, o-lí-va Ná-
za- reth : o sancta, o prae-e- lécta, o Virgo
Ma-rí- a! * O Da-vid.

## 34. Omni die. *


I.
O -mni di- e Dic Ma-rí-ae, Me- a, laudes,


á-nima : E-jus fésta, E-jus gésta Co-le splen-
di-díssi-ma. 2. Contemplá-re Et mi-rá-re E-jus
celsi-tú-di-nem, Dic fe-lí-cem Ge-nitrí-cem, Dic be- á-
tam Vírgi-nem. 3. Ipsam co-le, Ut de mo-le Crí-
mí-num te lí-be-ret : Hanc appél-la, Ne pro-célla
Vi-ti- ó-rum súpe- ret. 4. Propter Hevam Homo sae-
vam Accé-pit senténti- am : Per Ma-rí- am Habet
vi- am Quae du-cit ad pátri- am. 5. Clemens audi


Tu-ae laudi Quos instántes cónspi-cis : Munda re- os
Et fac e- os Bo-nis dignos caé-li-cis. 6. Virga Jes-
se, Spes opprléssae Mentis et re-fú-gi- um, De-cus
mundi, Lux pro-fúndi, Dómi-ni sacrá-ri- um.
7. Gemma de-cens, Ro-sa re-cens, Casti-tá-tis lí- li- um:
Castum cho-rum Ad po-ló-rum Quae perdú-cis gáu-
di- um. 8. Pulchra to-ta, Si-ne no-ta Cu-juscúm-
que má-cu-lae, Fac me mundum Et ju-cúndum Te


laudá-re sédu-le. 9. Ut sim castus Et mo-déstus,
Dulcis, blandus, sóbri- us, Pi- us, rectus, Circumspé-
ctus, Simultá- tis nésci- us : 10. E-ru-dí-tus Et mu-
ní-tus Di-ví-nis e-lóqui- is, Timo- rá-tus Et or-
ná-tus Sacris exercí- ti- is. 11. Virgo sancta,
Cerne quanta Perfe-rámus júgi-ter Tentaménta,
Et susténta Nos ut stémus fórti-ter. 12. Esto tú-
tríx Et adjútrix Christi- á-ni pópu-li; Pa-cem prae-


sta, Ne mo-lésta Nos pertúrbent saécu-la. A-men.

## 35. Ave mundi. *


7. et 8.
A-ve mundi spes Ma-rí- a, Ave mi- tis,
ave pi- a, Ave plena grá-ti- a. 2. Ave Virgo
singu-lá-ris, Quae per rubum de- signá-ris Non pas-
sum incéndi- a. 3. Ave ro-sa spe- ci- ó-sa, Ave
Jesse vírgu-la : 4. Cu-jus fructus nostri luctus Re-la-
xávit víncu-la. 5. Ave cu-jus vísce- ra Contra mor-


tis foéde-ra Edi-dé-runt Fí-li- um. 6. Ave ca-rens
sími- li, Mundo di- u flé-bi- li Repa-rásti gáudi- um.
7. Ave vírgi-num lu-cérna, Per quam fulsit lux su-
pérna His quos umbra ténu- it. 8. Ave Virgo de
qua nasci, Et de cu-jus lacte pasci Rex caeló-rum
vó-lu- it. 9. Ave gemma caeli lumi-ná-ri- um. 10. Ave
Sancti Spí-ri-tus sacrá-ri- um. 11. O quam mi-rá-
bi-lis, Et quam laudá-bi-lis Haec est virgí-ni-tas!


12. In qua per Spí- ri-tum Facta Pa-rácli- tum Fulsit
fe-cúndi-tas. 13. O quam sancta, quam se-réna, Quam
be-nígna, quam amoéna Esse Virgo cré-di-tur.
14. Per quam sérvi-tus fi-ní-tur, Porta caeli ape-rí-
tur, Et li-bértas réddi- tur. 15. O casti-tá-tis
lí- li- um, Tu- um pre-cá-re Fí- li- um, Qui sa-lus est
humí- li- um : 16. Ne nos pro nostro ví-ti- o,
In flé-bi- li ju-dí- ci- o Subjí-ci- at supplí-ci- o :



17. Sed nos tu- a sancta pre-ce Mundans a peccá-ti



labe. 18. Cóllo-cet in lu-cis domo, Amen di-cat



omnis homo.

### 36. Sequentia ex antiquis codicibus. *

6.



A -ve Ma-rí- a grá- ti- a plena : Dómi-nus



te-cum, Virgo se-réna. ℣ Bene-dícta tu in mu-



li- é-ri-bus : Quae pepe-rísti pa-cem ho-mí-ni-bus,



Et Ange-lis gló-ri- am. Et bene-díctus fructus ven-


tris tu- i : Qui cohaeré-des ut essémus su- i : Nos
fe-cit per grá-ti- am. Per hoc autem Ave, Mundo
tam su- áve, Contra carnis ju-ra : Ge-nu- ísti
pro-lem, Novum stella so-lem, No-va ge-ni- tú-ra.
Tu parvi et ma-gni, Le- ó-nis et A-gni, Sal-
va-tó-ris Christi Templum exsti-tí-sti, Sed virgo
in-tácta. Tu flo-ris et ro- ris, Pa- nis et pa-
stó- ris, Vírgi-num regí-na, Ro-sa si-ne spi-na,


Gé-nitrix es facta. 7 Tu cí-vi-tas Re-gis justí- ti-ae,
8 Tu Ma-ter es mi-se-ri-córdi-ae : 9 De la-cu fae-cis et
mi- sé-ri-ae, 10 Paeni-téntem re-fórmans grá-ti-ae.
11 Te colláudat caeléstis cú-ri- a, 12 Ti-bi nostra favent
obséqui- a ; 13 Per te re- is do-ná-tur vé-ni- a :
14 Per te justis con-fértur grá- ti- a. 15 Ergo ma-ris
stella, Verbi De- i cella, Et so-lis auró-ra :
16 Pa-ra-dí-si porta, Per quam lux est orta, Na-tum


tu- um o-ra : 17 Ut nos solvat a peccá-tis, Et in
regno cla-ri-tá-tis, Quo lux lu-cet sé-du- la, Cól-
lo-cet per saé- cu-la. A- men.

## 37. O Maria.


I.
O Ma-rí- a, grá-ti- a ple-na, Dómi-nus te-
cum, be-ne-dí-cta tu : o-ra pro no-bis pecca- tó- ri-
bus. Gaude, Virgo, vírgi-num gló-ri- a, matrum de-
cus et ma-ter jú-bi- la, quae commú-ne sanctó-rum


ómni- um me-ru- ísti conférre gáudi- um. O Ma-
rí- a. Patri- árchis sanctis ac ré-gi-bus te fí-
li- am promí-sit Dómi-nus; te fi-gú-rant le-gis aeníg-
ma-ta, Prophe-tá-rum canunt o-rá-cu-la. O Ma-rí- a.
Te requí-runt vo-ta fi-dé-li- um, ad te cor-da su-
spí-rant ómni- um; tu spes nostra post De- um ú-ni-
ca advo-cá-ta no-bis es pó-si-ta. O Ma-rí- a.
Ad jú-di-cis matrem con-fú-gi- unt, qui jú-di-cis



i-ram ef-fú-gi- unt, quae pre-cá-ri pro e- is có-gi-



tur, quae pro re- is ma-ter ef-fí-ci-tur. O Ma-rí- a.

## 38. Salve, Mater.

5.



SAlve, Ma-ter salva-tó-ris, vas e-léctum, vas



ho-nó-ris, vas cae-léstis grá-ti-ae. Ab aetérno vas



pro-ví-sum, vas insígne, vas excí-sum manu sa-pi- én-



ti- ae. Salve, Verbi sacra pa-rens, flos de spi-nis,



spi-na ca-rens, flos spi-né-ti gló-ri- a. Nos spi-né-tum,



nos peccá-ti spi-na sumus cru- entá-ti, sed tu spi-


nae nésci- a. 5 Tu cae-léstis pa-ra-dí-sus, Li-banúsque
non incí-sus, vapó-rans dulcé-di-nem. 6 Tu candó-ris
et de-có-ris, tu dulcó-ris et o-dó-ris, ha-bes ple-
ni-tú-di-nem. 7 Tu thronus es Sa-lomó-nis, cu- i nul-
lus par in thro-nis arte vel ma-té-ri- a. 8 Ebur
candens casti-tá-tis, aurum fulvum cha-ri-tá-tis
prae-sígnant mysté-ri- a. 9 Salve, Ma-ter pi- e-tá-tis
et tó- ti- us Tri-ni-tá-tis nó-bi-le tri-clí-ni- um.


10 Verbi tamen incarná-ti spe-ci- á- le ma-jestá-ti
praépa-rans hospí-ti- um. 11 O Ma-rí- a, stel-la Ma-ris
digni-tá-te singu-lá-ris su-per omnes ordi-ná-ris
órdi-nes cae-lésti- um. 12 In suprémo si-ta po-li nos
comménda tu-ae Pro-li, ne terró-res si-ve do-li
nos supplántent hósti- um. A- men.

## 39. Ave, honor.


5.
A -ve, ho-nor femi-ná- rum, et abýssus gra-


ti- á-rum nostri de-cus gé-ne-ris. Gló-ri- a tu fir-
mamén- ti, arca ve-ra te-staménti, atque signum
foé-de-ris. Mú-li- er so- le amí-cta, es, o virgo
be-ne-dícta, quam co-ró-nant sí-de-ra. Lu-na ti-bi
est substrá- ta, sub pe-de sunt et cre- á-ta su-pér-
na et ínfe-ra. Su-per cae-los ex-altá-ta, et a
cí-vi-bus laudá-ta, pátri- ae dulcíssimae. Inter-
cé-dis pro e-gé-nis ma-ni-búsque semper ple-nis


bo-na confers á-nimae. 7 Ado-rándae Tri-ni-tá-
tis atque trinae u-ni- tá-tis sacrum es tri- clí-
ni- um. 8 Tu es ve-re clausus hor- tus, porta cae-li,
vi-tae portus, et mortis ex- í-ti- um. 9 Ave, mun-
di impe-rá-trix, a-ve dul-cis re-pa-rátrix, fons mi-
se-ri-córdi- ae. 10 Grá-ti- am tu inve-ní-sti, ma-ter
digna quae es Christi, et supérnae grá-ti- ae.
11 In o-dó-rem unguentó-rum nos cúrre-re fac tu- ó-




## 40. Ave, mundi gloria.




pot-entíssima. 4 Ave, ma-ter Dó-mi-ni, Gé-nitrix Al-
tíssimi, ave, pru-dentíssima. 5 Ave, ma- ter gló-
ri-ae, ma-ter indulgén-ti- ae, ave, be- a-tíssima.
6 Ave, ve-na vé-ni-ae, fons mi-se-ri-cór-di- ae, ave,
clementíssima. 7 Ave, ma-ter lúmi-nis, ave, ho-nor
aéthe-ris, ave, se-re-níssima. 8 Ave, candens lí-
li- um, ave, o-po-bálsamum, ave, splendi-díssima.
9 Ave, mi-tis et pi- a, ave, dulcis et laeta, ave,


lu-ci-díssima. 10 Ave, porta et rubus, ave, virga
et vellus, ave, fe-li-císsima. 11 Ave, cla-ra cae-li
gemma, ave, alma Christi cel-la, ave, venustís-
sima. 12 Ave, virga Jesse da-ta, ave, sca-la cae-li
facta, ave, no-bi-líssima. 13 Ave, turtur casti-tá-
te, sed fe-cúnda ca-ri-tá-te, ave, pu-di-císsima.
14 Ave, mundi impe-rátrix, ave, nostra me-di- átrix,
ave, nostrum gáudi- um. A-men. Alle-lú- ia.

## 41. Flore vernans.




de Patris gé- ni-tum, concé-pit per Spí-ri-tum virgo
red-emptó- rem. 7 Ergo ple-na grá- ti- a gaudet
vi-ri né- sci- a, De- um pa-ri-tú-ra. 8 Sol de stel-
la ná- sci- tur, carnis umbra té- gi- tur lux
non mo-ri-tú-ra. 9 Quam pa-rit vir-gí-ni-tas huma-ná-
tur dé- i-tas, ho-mo di-vi-ná-tur. 10 Fit sa-cérdos hó-
sti- a Baby-ló-nis fí- li- a per quam li-be-rá-tur.
A-men.

## 42. O mira res. *




## 43. Maria Virgo. *




tó- rem, qui- a de tu- o û-te- ro pro-tu-lísti
mundi Salva-tó- rem, alle- lú- ia.

44. Oramus te. *


I.
O - rámus te * Vir-go vírgi-num, o-rámus te
digníssima aetérni Re- gis porta, o- rámus te
mundi Re-gí-na quae so- la me-ru- í-sti esse
já- nu- a vi-tae, ut apud própri- um pro no-bis
intercé-das Fí- li- um.

## 45. Beata es. *




## 46. Ave Regina. *





ro- sa vel lí- li- um : funde pre- ces ad Dómi-



num pro sa-lú- te fi- dé- li- um.

## 47. Benigna Domina.

1.



B Enígna Dómi-na, Exáudi cármi-na,



Quae nutrit á-nimus Et cho-ro cá-nimus, Be-nígna



Dómi-na, O Ma-rí- a. 2. Tu stella fúlgi-da,



Auró-ra lú-ci-da, Quae jubar núnti- as, Dum blan-



de rú-ti-las, Tu plena grá-ti- a, O Ma-rí- a.



3. Tu castum lí-li- um Et flos convál-li- um, Praé-



lu-dens bálsamo Caeléſti thá-lamo, Virgo pu-rís-



sima, O Ma-rí- a. 4. Tu na-ta Númi-nis, Tu



Spon-sa Flámi-nis, Tu Ma-ter Dómi-ni, Redémptis



súbve-ni, Caeló-rum Dómi-na, O Ma-rí- a.

## 48. Maria Virgo.

7.



MA-rí- a Virgo, * semper laetá-re, quae me-



ru- ísti Christum portá- re; qui et in caelis te co-



roná-vit, et super cho-ros Ange-ló-rum te glo-



ri- fi-cá- vit.

## 49. Virgo Maria. *

7.



V Irgo Ma-rí- a, * non est ti-bi sími- lis na-ta



in mundo, in- ter mu-lí- e-res : flo-rens ut ro-sa,



fragrans sic-ut lí- li- um, o-ra pro no-bis, sancta



De- i Gé-nitrix.

# PRO DIVERSIS TEMPORIBUS ET FESTIS.

## TEMPORE ADVENTUS.

### 1. Rorate caeli.*




et gló-ri- ae tu- ae, u-bi lauda-vé-runt te pa-tres
nostri. ℟. Roráte.
2. Peccá-vimus, et facti sumus tamquam immúndus
nos, et ce-cí-dimus qua-si fó-li- um u-ni-vér-si :
et in-iqui-tá-tes nostrae qua-si ventus abstu- lé-runt
nos : abscondí-sti fá-ci- em tu- am a no-bis, et
al-li-sísti nos in ma-nu in- iqui-tá- tis nostrae.
℟. Roráte.
3. Vi-de Dómi-ne afflicti- ó-nem pó-pu-li tu- i,


et mitte quem missú-rus es : e- míttе Agnum do-
mi-na-tó-rem terrae, de petra de-sérti ad montem
fí-li-ae Si- on : ut áufe-rat ipse jugum ca-pti-
vi-tá- tis nostrae. ℟. Roráte.
4. Conso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pó-pu-le me- us :
ci-to vé-ni- et sa-lus tu- a : qua-re moeró-re con-
sú-me-ris, qui-a innová-vit te do-lor? Sal-vá-bo
te, no-li timé-re, ego e-nim sum Dómi-nus



De- us tu- us, Sanctus Isra- el, red-émptor tu- us.
℟. Roráte.

## 2. Conditor alme siderum.

4.



C Ondi-tor alme sí-de-rum, Aetérna lux cre-



dénti- um, Christe Red-émptor ómni- um, Exáudi



pre-ces súppli-cum. 2. Qui cóndo-lens inté-ri-tu Mor-



tis per-í-re saécu-lum, Salvásti mundum lánguidum,



Do-nans re- is remé-di- um: 3. Vergénte mundi véspe-



re, U-ti sponsus de thá-lamo, Egréssus honestís-




℣. Roráte caeli désuper, et nubes pluant justum.
℟. Aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

## IN IMMACULATA CONCEPTIONE B. M. V.

### 1. Dies iste celebretur.





lem pa-ri-tú-ra, Hó-di- e concí-pi-tur. 6. Flos de vir-



ga pro-cessú-rus, Sol de stel-la nasci-tú-rus, Christus



intel-lí-gi-tur. 7. O quam fe-lix et praeclá-ra No-bis



gra-ta, De- o ca-ra, Fu- it haec Concépti- o! 8. Ter-



mi-ná-tur mi-sé-ri- a, da-tur mi-se-ri-córdi- a, Luctus



ce-dit gáudi- o. 9. No-va ma-ter no-vam pro-lem, No-



va stel-la novum so-lem, No-va pro-fert grá-ti- a.



10. Ge-ni-tó-rem ge-ni-tú-ra, Cre- a-tó-rem cre- a-tú-ra,


Patrem pa-rit fí-li- a. 11. O mi-rándam no-vi-tá-tem!
No-vam quoque digni-tá-tem! Di-tat matris casti-tá-
tem Fí-li- i concépti- o. 12. Gaude Virgo gra-ti- ó-
sa, Virga flo-re spe-ci- ó-sa, Ma-ter pro-le ge-ne-ró-
sa, Ve-re ple-na gáudi- o. 13. Quod praecéssit in fi-
gú-ra, Nu-be la-tens sub obscú-ra, Hoc declá-rat
ge-ni-tú-ra Pi-ae matris : Virgo pu-ra Pa-ri- éndi
vertit ju-ra, Fu-sa, mi-ránte na-tú-ra, De- i-tá-tis


plú-vi- a. 14. Omnis homo, si-ne mo-ra, Laude ple-na
solvens o-ra, Ipsam co-las, ipsam o-ra, Omni
di- e, omni ho-ra : Sit mens simplex, vox so-nó-ra,
Sic súppli-ca, sic imploó-ra Hu-jus patro-cí-ni- a.
15. Tu spes certa mi-se-ró-rum, Ve-re ma-ter orpha-
nó-rum, Tu le-vámen oppressó-rum, Me-di-cámen in-
firmó-rum, Omni-bus es ómni- a. 16. Te rogámus
vo-to pa-ri, Laude digna singu-lá-ri, Ut errántes




## 2. Tota pulchra es.






℣. In Conceptióne tua, Virgo immaculáta fuísti.
℟. Ora pro nobis Patrem cujus Fílium peperísti.

## 3. Ad honorem Messiae.

6.



A D ho- nó-rem Mes-sí- ae, Qui na-tus est
2. Be-ne ple-na gáudi- o Stat Ma-ter a



Ma-rí- ae, Canté-tur egré-gi- e Praesens pro-
Fí- li- o, Cu-jus est concépti- o Glo-ri- ó-



sa. 3. Concépta carná- li- ter, Sancta spi- ri-
sa. 4. Pro cu-jus vir-tú-ti- bus Est au- ctor in



tá- li-ter. Manet ae- ter-ná- li- ter Pre-ti- ó- sa.
ómni-bus Uni- tas stans in tri-bus Gene-ró- sa.



5. Cu-jus in- car-ná- ti- o Est nostra sal- vá-
6. Fi-nis est mi- sé- ri- ae, In- í- ti- um gló-


ti- o, Crí-mi- num ab-lú-ti- o No-mi- nó- sa.
ri- ae Et omnis lae- tí-ti-ae Vernans ro- sa.
7. Gáude- at ecclé- si- a Pro tan- ta lae- tí- ti-
8. Hó- di- e con-cí- pi- tur, Per quam no- bis dá-bi-
a, Quam dat no- bis Ma- rí- a, Vi-tae glo- sa.
tur, Quo pe- stis damná- bi- tur O-di- ó- sa.
9. Je-sus fi-nis ómni- um, Fi-nis et prin-cí- pi- um
10. Ca-rís-sima dó-mi-na, Súsci- pe pre- cá-mi-na,
Et vir-tus fi- dé- li- um Gra- ti- ó-sa.
No-stra de- le crí-mi-na Glo- ri- ó-sa.
A-men *vel* : A- men.

## TEMPORE NATALIS DOMINI.

### 1. Laetabundus. *




Neque Ma-ter Fí- li- o Fit corrúpta. 7. Cedrus
al-ta Lí- ba- ni Conformá-tur hýs-sopo Valle
nostra. 8. Verbum ens Altíssi- mi, Corpo- rá- ri
passum est, Carne sumpta. 9. I-sa- í- as cé- ci-
nit, Synagó-ga mé-mi- nit, Numquam ta-men dé-
si-nit Esse caeca. 10. Si non su- is vá- ti-bus,
Credat vel gentí- li- bus Si-byl-lí-nis vér-si-bus Haec




### 2. Ecce nomen Domini.*






### 3. Adeste fideles.




2. En gré- ge re- lí-cto, húmi-les ad cunas Vo-
cá- ti pastó-res appró-pe-rant : * Et nos o-vánti
gradu festi-né- mus : Ve-ní-te, ado-ré-mus, etc.
* Et nos ovánti.
3. Aetér-ni Pa-rén-tis splendó-rem aetérnum Ve-lá-
tum sub carne vi- dé- bimus : * De- um in-fántem,
pannis invo-lú- tum : Ve-ní-te, ado-ré-mus, etc.
* Deum infántem.
4. Pro no- bis egé-num et foeno cubántem Pi- is



fove- ámus amplé- xi- bus : * Sic nos amántem quis



non redamá- ret? Ve-ní-te, ado-ré-mus, etc. * Sic nos.

## 4. Est mihi Puer natus.

5.



E ST mi- hi Pu- er na- tus Te- nel-lus Béthle-
2. Dul- cé- di- ne al- lé-ctus, Me ipsi vó- ve-
3. In lae- tis, in do- ló- re, Di- lécto ú- ni-
4. Per lá-cri-mas In-fán-tis, In nócte frí- gi-



1. hem; Est Fí- li- us nunc da- tus, O, me prae-
2. o, Et á- ni- mum et pe- ctus Et quidquid
3. ar! Ter fe- lix, si a- mó- re I- psí- us
4. da, Con- fírma cor a- mán- tis, O Ma- ter



1. dí- vi- tem. E- ia, e- ia! O, me prae- dí-vi-tem.
2. há-be- o. Et quidquid há-be- o.
3. mó- ri- ar! A- mó- re mó-ri- ar.
4. fúl-gi- da! O Ma- ter fúlgi-da!

### 5. Virgo hodie fidelis.




### 6. Hodie intacta Virgo.






## 7. Corde Patris genitus.






## IN FESTO SS. INNOCENTIUM.

**Salvete flores Martyrum.**




ipso in lí- mi-ne Christi inse-cú-tor sústu- lit,
Ceu turbo nascén-tes ro-sas. 2. Vos prima Chri- sti
víctima, Grex immo-la-tó-rum tener, Aram ante
ipsam símpli-ces Palma et co-ró- nis lú-di-tis.
3. Gló-ri- a ti- bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vír-
gi-ne, Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-
térna saécu-la. A-men.

## IN FESTO SS. NOMINIS JESU.

### 1. Jesu dulcis memoria.






℣. Sit nomen Dómini benedíctum, allelúia.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum, allelúia.

### 2. O beata infantia.






### 3. O admirabile nomen.






## 4. Jesus auctor clementiae.




laetí-ti-ae, Dulcó- ris fons et grá- ti-ae, Verae cor-
dis de-lí-ci-ae. 2. Je-su, flos Matris Vírgi-nis, Ardor
nostrae dulcé-di-nis, Laus, ho-nor Ti-bi Nú-mi-nis,
Regnum be-a-ti-tú-di-nis. 3. Amor Je-sus dul-císsimus
Et ve-re su-avíssimus, Plus míl-li-es gra-tís-simus,
Quam dí-ce-re suffí-cimus. 4. Hoc pro-bat tu-a pás-
si-o, Hoc sángui-nis effú-si-o, Per quam no-bis
redémpti-o Da-tur De-íque ví-si-o. 5. Je-su, mi


bone, sénti- am Amó-ris tu- i có-pi- am, Da mi- hi
per praesén-ti- am Tu- am vi-dé-re gló-ri- am. 6. Je-su,
summa be- nígni- tas, Mi-ra cordis ju-cúndi-tas, In-
compre-hénsa bó- ni- tas, Tu- a me stringit cá-ri- tas.
7. Je-su so-le se- ré-ni- or Et bálsamo su- ávi- or,
Omni dulcó-re dúl-ci- or Cé-te- ris ama-bí- li- or.
8. Cu-jus gustus sic áf-fi-cit, Cu-jus odor sic ré- fi-cit,
In quo mens me- a dé- fi-cit, So-lus amánti súf-fi-




## 5. Jesu, magister cordium.




recre- á-sti pécto-ra Castae pa-rén-tis Vírgi-nis,
Et e-jus almi cónju-gis. 3. Non lingua nostra dí-
ce-re, Nec mens va-let pernósce-re, Quanto do-ló-
re sáuci- i, Na-tum requírunt úni-cum. 4. Amís-
sus in templo pu- er Auges pa-rén-tum gáudi- a,
Invéntus in templo se-dens, Intérque doctó- res
do-cens. 5. In hoc vagántes saécu-lo Si ca-sus er-
ror tráxe-rit, Fac ri-te nos te quaé-re-re, Et




## 6. Jesu, Rex admirabilis.




tas, Et intus fervet cá-ri-tas. 3. Je-su, dulcé-do
córdi- um, Fons vivus, lumen mén-ti- um, Excé-dens
omne gáudi- um Et omne de- si- dé- ri- um.
4. Je-sum omnes agnósci-te, Amó-rem e-jus pósci-
te: Je-sum ardén-ter quaéri-te, Quaérendo in-ar-
descí-te. 5. Te nostra, Je-su, vox so-net, Nostri te
mo-res exprímant, Te corda nostra dí- li-gant, Et
nunc, et in per- pé-tu- um. A-men.

## 6. Litaniae Ss. Nominis Jesu.



K Yri- e e- lé- i-son. Chri-ste e- lé- i-son.



Ký-ri- e e-lé- i-son. Je-su, audi nos. Je-su, exáudi nos.



Pater de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fili Redémptor mun-di . De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spíritus San- cte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trínitas u- nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Jesu, Fili De- i vi- vi, mise-rére nobis.
Jesu, splendor Pa- tris,
Jesu, candor lu- cis ae- tér- nae,
Je- su, rex gló- ri- ae,
Jesu, sol ju- stí- ti- ae,
Jesu, Fili Ma- rí- ae Vír- gi- nis,
Je- su, a- má- bi- lis,
Jesu, ad- mi- rá- bi- lis,
Jesu, De- us for- tis,
Jesu, pater fu- tú- ri saé- cu-li,
Jesu, magni consí-li- i An- ge-le,



Jesu, pot- en- tís- si- me, miserére nobis.
Jesu, pa- ti- en- tís- si- me,
Jesu, obe- di- en- tís- si- me,
Jesu, mitis et hú-mi- lis cor- de,
Jesu, amátor ca- sti- tá- tis,
Jesu, a- má- tor no- ster,
Jesu, De- us pa- cis,
Jesu, au- ctor vi- tae,
Jesu, exém- plar vir- tú- tum,
Jesu, zelátor a- ni- má- rum,
Jesu, De- us no- ster,
Jesu, refú- gi- um no- strum,
Jesu, pa- ter páu-pe-rum,
Jesu, thesáu- rus fi- dé- li- um,
Jesu, bo- ne pa- stor,
Je- su, lux ve- ra,
Jesu, sapiénti- a ae- tér- na,
Jesu, bónitas in- fi- ní- ta,
Jesu, via et vi- ta no- stra,
Jesu, gáudium An- ge- ló- rum,
Jesu, rex Pa- tri- ar- chá- rum,
Jesu, magíster A-po- sto- ló- rum,
Jesu, doctor Evange- li- stá- rum,
Jesu, forti- tú- do Már-ty-rum,
Jesu, lumen Con- fes- só- rum,
Jesu, pú- ri- tas Vír- gi- num,
Jesu, coróna San-ctó- rum ó- mni-um,



Pro- pí- ti- us e-sto, parce no-bis Je-su.
Pro- pí- ti- us e-sto, exáu- di nos Je-su.



Ab o- mni ma- lo, líbera nos Jesu.
Ab o- mni peccá-to,
Ab i- ra tu- a,
Ab insídi- is di- á-bo- li,
A spíritu forni-ca- ti- ó- nis,
A morte per- pé-tu-a,
A negléctu in-
spirati-ónum tu- á- rum,
Per mystérium
sanctae incar-
nati-ó- nis tu- ae,
Per nativi- tá- tem tu- am,
Per in- fánti- am tu- am,
Per diviníssi-
mam vi- tam tu- am,
Per la- bó- res tu- os,
Per agoníam et
passi- ó- nem tu- am,
Per crucem et
derelicti-ó- nem tu- am,
Per lan- guó- res tu- os,
Per mortem et
sepul-tú- ram tu- am,
Per resurrecti- ó- nem tu- am,
Per ascensi- ó- nem tu- am,
Per sanctíssi-
mae Euchari-
stíae instituti-ó- nem tu- am,
Per gáudi-a tu- a,
Per gló-ri-am tu- am,



Agnus De- i, qui tol- lis peccá-ta mundi, parce



no-bis Je-su. Exáudi nos Je-su. Mi-se-ré-re no-bis



Je-su. Je-su audi nos. Je-su exáudi nos.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc et usque in saéculum.

Orémus.

DOmine Jesu Christe, qui dixísti: pétite, et accipiétis; quaérite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis; quaésumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris affectum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus et a tua nunquam laude cessémus.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, quia nunquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuae dilectiónis instítuis. Per Dóminum.

---

## TEMPORE QUADRAGESIMAE.

### 1. Miserere mei Deus.

2.



MI-se-ré-re me- i De- us : * se-cúndum ma-


gnam mi-se-ri-córdi- am tu- am. 2. Et se-cúndum mul-
ti- tú-di-nem mi-se-ra-ti- ó-num tu- á-rum, * de-le
in-iqui- tá-tem me- am.
3. Ampli- us la-va me ab in-iqui-tá-te me- a : *
et a peccá-to me- o munda me. 4. Quó-ni- am in-i-
qui- tá-tem me- am ego cognósco : * et peccá-tum
me- um contra me est semper.
5. Ti-bi so-li peccá-vi, et ma-lum co-ram te fe-


ci : * ut justi- fi-cé-ris in sermó-ni-bus tu- is, et
vincas cum ju-di-cá- ris. 6. Ecce e-nim in in-iqui-
tá-ti-bus concéptus sum : * et in peccá-tis concé-pit
me ma-ter me- a.
7. Ecce e-nim ve-ri-tá-tem di-le- xísti : * incérta
et occúlta sa-pi- énti-ae tu-ae ma-ni- festásti mi-
hi. 8. Aspérges me hyssó-po et mundá-bor : * lavá-
bis me, et super ni-vem de- albá-bor.



9. Audí- tu- i me- o da-bis gáudi- um et lae- tí-



ti- am : * et exsultábunt ossa hu-mi- li- á- ta.



10. Avérte fá-ci- em tu- am a peccá-tis me- is : * et



omnes in-iqui-tá-tes me- as de- le.



11. Cor mundum cre- a in me De- us : * et spí-ri-tum



rectum ínno-va in viscé- ri-bus me- is. 12. Ne pro-



jí-ci- as me a fá-ci- e tu- a : * et spí-ri-tum san-



ctum tu- um ne áufe-ras a me.



13. Redde mi-hi laetí-ti- am sa-lu-tá-ris tu- i : * et



spí-ri-tu princi-pá- li confírma me. 14. Do-cébo in-í-



quos vi- as tu- as : * et ímpi- i ad te convertêntur.



15. Lí-be-ra me de sanguí-ni-bus, De- us, De- us sa-



lú-tis me-ae : * et exsultá-bit lingua me- a justí-



ti- am tu- am. 16. Dómi-ne lá-bi- a me- a a-pé-



ri- es : * et os me- um annunti- á-bit laudem tu- am.



17. Quó-ni- am si vo-lu- ísses sacri- fí-ci- um, de-díssem


ú-tique : * ho-lo-cáustis non de-lectá-be-ris. 18. Sa-
cri-fí-ci-um De-o spí-ri-tus contri-bu-lá-tus : * cor
contrí-tum et humi-li-á-tum De-us non despí-ci-es.
19. Be-nígne fac Dómine in bona vo-luntá-te tu-a
Si-on : * ut aedi-fi-céntur mu-ri Je-rú-sa-lem.
20. Tunc acceptá-bis sacri-fí-ci-um justí-ti-ae, obla-
ti-ó-nes et ho-lo-cáusta : * tunc impó-nent super
altá-re tu-um ví-tu-los.

*In fine, omisso* Glória Patri, *dicitur :*



Mi-se-ré-re me- i De- us : mi- se- ré-re me- i.

**2. Attende Domine. ***

5.



A T-ténde Dómi-ne, et mi-se-ré-re, qui- a



peccávimus ti- bi. *Chorus repetit* Atténde.



1. Ad te Rex summe, ómni- um red-émptor, ó-cu-



los nostros sublevámus flen-tes : exáudi, Christe,



suppli-cántum pre- ces. ℟. Atténde.



2. Déxte-ra Patris, la-pis angu- lá- ris, vi- a sa-lú-tis,



jánu- a cae-lé-stis, áblu-e nostri mácu-las de-lí-cti.
℟. Atténde



3. Rogámus, De-us, tu-am ma-jestá-tem : áuri-bus



sacris gémi-tus exáudi : crími-na nostra plá-ci-dus



indúl-ge. ℟. Atténde.



4. Ti-bi fa-témur crími-na admís-sa : contrí-to



corde pándimus occúl-ta : tu- a, Red-émptor, pí- e-



tas ignó-scat. ℟. Atténde.



5. Inno-cens captus, nec re-púgnans ductus, tésti-



bus falsis pro ímpi- is damná-tus : quos redemísti,



tu consérva, Chri-ste. ℟. Atténde.

### 3. Miserere et parce. *

I.



M I-se-ré-re, et par- ce clementíssime Dó-



mi-ne pópu-lo tu- o : * Qui- a peccá-vimus ti- bi.

*Chorus repetit* Miserére.



1. Prostrá-ti omnes lácrimas prodú- cimus : pandén-



tes ti-bi occúl-ta quae admí- simus, a te De- us



vé-ni- am de- póscimus. * Quia peccávimus tibi.


2. O-ra-ti- ó-nes sacerdó-tum ácci-pe, et quaeque
póstu-lant af-flu- énter trí- bu- e : ac tu-ae ple-bi
mi-se-ré-re Dó-mi-ne. * Quia peccávimus tibi.
3. Fu-ró-rem tu- um addu-xísti su-per nos : nostra
de-lícta di- re cu-ra-vé-runt nos : et absque ulla
spe de- fé-cimus. * Quia peccávimus tibi.
4. Trá-di-ti sumus ma-lis quae ne-scímus, et omne
ma- lum írru- it su-per nos : et invo-cá-vimus, et


non audí-vimus. * Quia peccávimus tibi.
5. Omnes clamámus, omnes te requí- rimus : te
paeni-téntes lá-cri-mis pro-séquimur : cu-júsque i-ram
ipsi provo- cá-vimus. * Quia peccávimus tibi.
6. Te depre-cántes, te geméntes pó-scimus : te Je-su
Christe pro-sterná-ti pé- timus : tu- a pot-éstas jam
súble-vet mí-se-ros. * Quia peccávimus tibi.
7. Confessi- ó-nem tu-ae ple-bis ác-ci-pe, quam la-


mentántes co- ram te ef-fúndimus : et pro admíssis
corde inge-míscimus. * Quia peccávimus tibi.
8. Pa-cem rogámus, pa-cem no-bis trí- bu- e : ámo-
ve bella et nos omnes é- ru- e : húmi-li pre-ce
postu-lámus Dómi-ne. * Quia peccávimus tibi.
9. Inclí-na aurem De- us clementís-sime : jam
ablu- ántur de- li-ctó-rum má-cu-lae : et a pe-rí-cu-
lis tu be-nígnus éx-ime. * Quia peccávimus tibi.

## 4. Audi benigne Conditor.






℣. Angelis suis Deus mandávit de te.
℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

---

## SS. QUINQUE VULNERUM D. N. J. C.

### 1. Dum in cruce.





e-jus Virgo Ma-rí- a ipsum ve-rum De- um et



hómi-nem cóndo-lens ve-ne-rabá- tur.

## 2. Ego sum.

I.



E -go sum * vestra red-émpti- o : ma-nus



me- ae, quae vos fe-cé-runt, cla-vis con- fíxae sunt :



propter vos flagél- lis caesus sum, spi-nis co- ro- ná-tus



sum, aquam pé- ti- i pen-dens, et a-cé- tum



porre- xé- runt; in escam me- am fel de-dé- runt,




## ORATIONIS D. N. J. C.

### 1. Positis genibus.




### 2. Factus in agonia.






## 3. Adspice ut Verbum.




pre-cá-tur Fron-te Magíster. 3. Flúctu- at se-cum tot
a-cérba vol-vens : Hunc, a- it supplex, cá-li-cem
do- ló-ris, Mi Pa-ter, transfer : tu- a sed vo-lúntas,
Non me- a fi- at. 4. Cum premat tristis pavor ima
cordis Dé- fi-cit languens Dóminus : per artus
Sángui-nis sudor flu- it, atque guttis Ter- ra ma-
déscit. 5. At ce-ler summo vé-ni- ens O-lýmpo
Ange- lus Je- sum récre- at ja- céntem : Córpo- ris



vi-res ré-de- unt, novóque Ró- bo-re surgit.



6. Laus, honor Patri, ge-ni-taéque Pro- li, Cui da-tum



nomen super omne nomen Et Pa-raclé- to



de-cus atque virtus Omne per aevum. A-men.

---

## IN COMMEMOR. SS. PASSIONIS D. N. J. C.

### 1. Veni ad montem myrrhae.

3.



VE-ni ad montem myrrhae * et ad collem



thu- ris; tamquam agnus ad occi-si- ó-nem du-



ctus, obmú-tu- i, et non a-pé-ru- i os me- um.

2. Foderunt manus meas.

8.



FOdé-runt * manus me- as et pe-des me- os :



di-nume-ravé-runt ómni- a ossa me- a.

3. Consolantem me quaesivi.

8.



COnso-lántem me quaesí-vi, * et non invé-



ni : de-dé-runt in escam me- am fel, et in si-ti



me- a po-tavé- runt me a-cé- to.

4. Cum accepisset Jesus.

I.



CUM acce-písset * Je-sus a-cé- tum, di-xit :



Consummá- tum est; et incli- ná- to cá-pi- te



emí-sit spí-ri-tum.

## 5. Ad Jesum autem.

1.



AD Je-sum autem * cum ve-nís-sent, ut vi-



dé-runt e- um jam mórtu- um, non fre-gé-runt e-jus



cru-ra: sed unus mí- li-tum lánce- a la-tus e-jus a-pé-



ru- it, et contí-nu- o ex-í-vit sanguis et aqua.

## 6. O caput cruentatum.

3.



O Caput cru- entá- tum Spi-nárum á-ci- e,


Conspú-tum, verbe-rá- tum, Orbá-tum spé-ci- e;
Fac me- am serta spis- sa Cérvi-cem quá-ti- ant,
Ut húmi-les demís- sa Jam sensus nútri- ant. 2. O
Ca-ro tri-ta no- dis Immá-nis mí- li- tis Igná-ra
li-cet frau-dis Pungéndi fómi- tis; Fac me- a, la-be
ter- sa, Quae sordent, fú-gi- at, Ac sángui-ne con-
spér- sa Quae ni- tent sá-pi- at. 3. O pulchrae clavis
Palmae Praefíxae stí-pi- ti, Dispensatrí- ces almae


Amó-ris íncly-ti; Confí-gi-te me cru- ci, Ut mi-
hi mó-ri- ar Et mundo, vivens Lu- ci Su-pérna
lárgi- ar. 4. O Pedes perfo-rá- ti Fu-ró-re ními- o,
Per vi- as fa-ti-gá- ti In pa-cis núnti- o, Fons
sca-tens nostros pe- des Ad opus fóve- at, Labó-rum
tot hé-re- des Nos ze-lus úrge- at. 5. O Cor transver-
be-rá- tum Lóngi-ni cúspi-de, Quin flammae conquas-
sá- tum Ardó-re vá-lidae; In te da pe-netrá- re




## 7. Maerentes oculi.




có-laphis, nunc qua-tit hórri-dis Di-ví-num caput
ícti-bus. 3. Haud fi-nis scé-le- ri : trá-di-tur ímpro-
bo Christus carní- fi- ci ; nec mo-ra, bárba-rus In
Regem su-pérnum non timet ímpi- o Ausu vér-
te-re déxte-ram. 4. Audíte, o pópu- li : Numen amá-
bi-le, Manánte ex húme-ris úndique sángui-ne,
Lictó-ris rá-bi-di sústi-net ímpe-tum, Et vo-cem
premit ínno-cens. 5. Quis non il-lácrimet? Jam nova


cóndi-dit Torménta indómi- tae gentis in-íqui- tas :
Infí-git cé-rebro, proh do- lor ! éffe- ris certum vé-
pri-bus áspe-rum. 6. Heu crimen ! trá-hi- tur fú-ni-bus
ímpro-bis Funésti Dómi-nus supplí- cii ad locum :
Il-lic oppé- ti- it fúne-re spí-ri-tum Patri re-stí-
tu- ens su- o. 7. Passo pro mí-se- ris tam fe-ra vúl-
ne-ra, In terris ré-so-net dé-bi-ta gló-ri- a : Sacrúm-
que assí-du- e nomen in aéthe-ra Humánum genus



éffe-rat. A-men.

## 8. Quaenam lingua.

3.



Q Uaenam lingua ti-b*i*, o Lánce- a, dé-bi-tas



Gra-tes pro mé-ri-t*o* est apta re-pénde-re? Chri-sti



vi-ví- fi-cum namqu*e* ápe-ris la-tus, Und*e* Ecclé-



si- a násci-tur. 2. Haec est Heva vi-ri de lá-te-r*e*



éx-i- ens, Olli membra gra-vis dum sopor óccu-



pat : Hanc quipp*e* alter Adam, corde sca-ténti-


bus Unda et sángui-ne pró-cre- at. 3. O clavi,
aequa manet vos quoque grá-ti- a, Christi quando
sacris ártubus ínsi- ti, De- lé-tum Dómi-ni sán-
gui-ne fí-gi-tis Mortis chi- rógra-phum cru-ci.
4. Te Je-su súpe-ri láudibus éffe- rant, Qui clavó-rum
á-di-tus sígnaque lánce-ae In caelo ré-ti-nes,
vivus ubi ímpe-ras Cum Patre at-que Pa- rá-
cli-to. A-men.

## 9. Salve Columna.





quae-ris són-ti-bus. 4. O perge semper flécte-re



Poe-nas mi-nántem déx- te-ram : Quae sanguis emit



praémi- a Christi fru-ámur pér-pe-tim. 5. Caeso fla-



gél-lis gló-ri- a, Je-su ti-bi sit jú- gi-ter, Cum



Patre et almo Spí- ri- tu, Nunc et per omne saé-



cu-lum. A-men.

## SS. SPINEAE CORONAE D. N. J. C.

### 1. Exite Sion.

3.



E X-í-te Si- on fí-li-ae, Re-gis pu-dícae vír-


gi-nes : Christi co-rónam cérni- te, Quam ma-ter ipsa
téxu- it. 2. Horret re-vúlsis crí-ni-bus Spi-nis cru- en-
tá-tum caput : Et vultus il-le dé-co- lor Mortem pro-
pínquam réspi- cit. 3. Quae terra sulcis ínvi- a,
Dumis ri-gens et sénti-bus, Lugúbre munus pró-tu-
lit? Quae saeva méssu- it ma-nus? 4. Christi ru- bé-
scens sángui-ne Acú-le- os mu-tat ro-sis, Palmámque
vincens frúcti- bus, Spina est tri- úmphis ápti- or.



5. Culpis sa-tae mor-tá-li- um, Te Christe spinae vúlne-



rant : Evél-le nostras, córdi- bus Tu- ásque nostris



ínse- re. 6. Virtus, ho-nor, laus, gló-ri- a De- o



Patri cum Fí- li- o, Sancto simul Pa-rácli- to, In



saecu-ló-rum saécu- la. A-men.

## 2. Vere languores.

I.



V E- re * languó-res nostros ipse tu- lit, et



do-ló-res nostros ipse portá- vit : et nos pu- tá-vi-



mus e- um qua-si lepró- sum, et percús- sum a



De- o, et hu-mi- li- á- tum.

## SS. SINDONIS D. N. J. C.

### 1. Gloriam sacrae.

I.



G Ló-ri- am sacrae ce-lebrémus omnes Síndo-



nis : laetis re-co-lámus hymnis et pi- is vo- tis



monuménta nostrae Cer-ta sa-lú- tis. 2. Quae re-fert



semper ve-ne-ránda Sindon, Sánguine impréssis


de-co-rá-ta si-gnis, Dum cru-ce ex al-ta tu-lit
invo-lú- tum Corpus Je- su. 3. Reddit haec saevos
á-nimi do-ló-res, Quos tu-lit, ca-sum mi-se-rá-tus
A-dae, Christus humá-ni gé-ne-ris Red-émptor,
Mor-te per-émpta. 4. Sáuci- um fer-ro la-tus atque
palmas, Et pe-des cla-vis, la-ce-rá-ta fla-gris
Membra, et infí-xam cá-pi-ti co-ró- nam Monstrat
imá- go. 5. Quis pi- us sic-cis ó-cu-lis, et absque


Intimi cordis gémi- tu no- tá- ta, Ví-vaque in-
dígnae simu-lácra mor- tis Cérne- re pos- sit?
6. Nostra cum so- lum ti-bi Christe culpa Causa tan-
tó-rum fú- e-rit ma- ló- rum, Nostra de-bé- tur
tì-bi vi-ta : vi- tam Dé- dimus ì-psam. 7. Sit ti-bi
Fi- li de-cus atque virtus, Qui tu- ò mundum ré-
dimis cru- ó- re, Quique cum summo Ge-ni- tó-
re et al-mo Flá-mi-ne regnas. A-men.

## 2. Jesu dulcis amor.





cú-ri- a. 4. Salve la-tus Salva-tó- ris, Salve mi- tis



aper-tú- ra, Super ro-sam ru-bi-cúnda, Me-dé- la



sa-lu- tí-fe-ra. 5. Manus sanctae, vos avé- te, Di-ris



cla-vis perfo- rá- tae : Ne re-pél-las me Salvá-tor



De tu- is sanctis pé-di-bus. A-men.

### 3. Deponens Joseph.

I.



DEpónens * Jo-seph corpus Je- su,



invólvit síndo- ne, et pó-su- it e- um in mo-



nu-ménto ex-cí- so. Fu- it planctus magnus in



il-la di- e : mu-lí- e-res autem se-déntes contra



sepúlcrum, do-lé- bant sic-ut do- lé-ri so-



let in mor- te pri-mo- gé-ni-ti.

## TEMPORE PASSIONIS.

### 1. Stabat Mater.

6.



STabat Ma-ter do-lo- ró-sa Juxta cru-cem la-



crimó-sa, Dum pendé-bat Fí- li- us.

2. Cujus ánimam geméntem,
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius.

3. O quam tristis et afflícta
Fuit illa benedícta
Mater unigéniti!

4. Quae maerébat et dolébat,
Pia Mater, dum vidébat
Nati poenas ínclyti.

5. Quis est homo qui non fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplício?

6. Quis non posset contristári,
Christi matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?

7. Pro peccátis suae gentis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

8. Vidit suum dulcem natum
Moriéndo desolátum,
Dum emísit spíritum.

9. Eia Mater, fons amóris,
Me sentíre vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

10. Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam.

11. Sancta Mater, istud agas,
Crucifíxi fige plagas
Cordi meo válide.

12. Tui nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati,
Poenas mecum dívide.

13. Fac me tecum pie flere,
Crucifíxo condolére,
Donec ego víxero.

14. Juxta crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planctu desídero.

15. Virgo vírginum praeclára,
Mihi jam non sis amára :
Fac me tecum plángere.

16. Fac ut portem Christi mortem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.

17. Fac me plagis vulnerári,
Fac me cruce inebriári,
Et cruóre Fílii.

18. Flammis ne urar succénsus,
Per te, Virgo, sim defénsus
In die judícii.

19. Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me veníre
Ad palmam victóriae.

20. Quando corpus moriétur,
Fac ut ánimae donétur
Paradísi glória. Amen.

### 2. Salve Crux sancta. *

I.



SAlve Crux sancta, salve mundi gló-



ri- a, Ve-ra spes nostra, ve- ra fe-rens gáu-


di- a, Signum sa-lú-tis, sa-lus in per- í-cu- lis,
Vi-tá- le lignum vi-tam fe-rens ó- mni- um. 2. Te
ad-o-rándam, te Cru-cem vi-ví- fi- cam, Per te
red-émpti, dulce de-cus saécu- li Semper lau-
dámus, semper ti- bi cá-ni-mus : Per lignum servi,
per te sumus lí- be-ri. 3. O-ri- gi-ná-le crimen
ne-cans in Cru-ce, Nos a pri-vá-tis Christe munda


má-cu-lis : Huma-ni-tá-tem mi-se-rá- tus frá-gi- lem,
Per Cru- cem sanctam lapsis do-na vé- ni- am.
4. Pró- te- ge, salva, bé- ne- dic, sanctí- fi- ca
Pó-pu-lum cunctum Cru-cis per signá-cu-lum : Morbos
avérte córpo-ris et á-nimae : Hoc contra signum
nullum stet per-í- cu-lum. 5. Sit De- o Patri
laus in Cru-ce Fí- li- i, Sit co-aequá lis laus



sancto Spi- rí-tu- i : Cí-vi-bus summis gáudi- um



sit Ange- lis, Honor sit mundo Cru-cis Exaltá-



ti- o. A-men.

## 3. Tonus Alter.

8.



SAlve, Crux sancta, arbor digna. 2. Cu-jus



robur pre-ti- ó-sum Mundi ferret ta-léntum. 3. Ut ho-



stis, per lignum victor, Ligno revince-ré- tur. 4. Quod-



que exórtus mortis Primis e-rat terrí-ge-nis Pa-ra-



dí- so propúlsis. 5. Causa ét- i- am vi-tae Fo-ret



cunctis Christi morte Ve-re vi-vi-fi-cá-tis. 6. Horrí-



fi-cum tu es semper signum In-imí-cis, Crux sancta,



sae-vis. 7. Quam mors pavet, infernúsque timet,



quae Christo su-os re-consígnas. Cu- i laus sit in



aevum.

**4. O Crux, viride.**

I.



O Crux, * ví- ri-de lignum, qui- a sub




### 5. O Crux benedicta.






### 6. Super omnia.



## 7. O Crux splendidior.



## IN RESURRECTIONE DOMINI.

### 1. Salve dies. *




ní-ret. 4. De- i virtus et sa-pi- énti- a Tempe- rá-
vit i-ram cleménti- a, Cum jam mundus in praeci-
pí- ti- a To-tus i-ret. 5. Insultá-bat nostrae mi-sé-
ri- ae Ve- tus hostis, auctor ma- lí- ti- ae, Qui- a nul-
la spes e-rat vé-ni- ae De pec- cá-tis. 6. Despe-ránte
mundo remé- di- um, Dum te- né-rent cuncta si- lén-
ti- um, De- us Pa-ter emí-sit Fí- li- um Despe- rá-


tis. 7. Praedo vo-rax, monstrum tartá-re- um, Carnem
vi- dens nec cavens láque- um, In la-téntem ru- ens
a-cú-le- um, Adun-cá-tur. 8. Digni-tá-tis prima con-
dí-ti- o Re-formá- tur no-bis in Fí-li- o, Cu-jus
nova nos re-surrécti- o Conso- lá-tur. 9. Re-surré-
xit li-ber ab ínfe-ris Restaurá-tor humá-ni géne-
ris, Ovem su-am re-pórtans húme-ris Ad su-


pérna. 10. Ange-ló- rum pax fit et hóminum, Ple-ni-tú-
do succréscit órdi-num : Tri- umphántem laus de-
cet Dóminum, Laus aetérna. 11. Harmo-ní- ae caelé-
stis pátri-ae Vox concórdet matris Ecclé-si-ae : Al-
le- lú-ia frequéntet hó-di- e Plebs fi-dé- lis.
12. Tri- umphá-to mortis impé-ri- o, Tri- umphá-li
fru- ámur gáudi- o : In ter- ra pax, et ju-bi-lá-ti- o
Sit in cae-lis. A-men.

## 2. Lux illuxit. *




4. Sol- émnis est ce-lébri- tas, Et no- ta sunt sol-
émni- a : Primae di- é- i dígni- tas Prima requí-
rit gáu-di- a. 5. Sol-emni- tátum glô-ri- a, Paschá-
lis est vi-ctó- ri- a : Sub mul-tis aenigmá-ti-bus
Di- u promíssa pá-tri-bus. 6. Jam scísso ve- lo pá-
tu- it Quod ve- tus Lex praecí-nu- it : Figú-ram Rex
extérmi-nat, Et umbram lux illúmi-nat. 7. Quid


agnus si-ne mácu-la, Quid hae- dus ty-pi gésse-rit,
Nostra pur- gans pi- ácu- la Messí- as no- bis ápe-
rit. 8. Per mortem nos indé-bi-tam, Solvit a morte
dé-bi-ta : Praedam captans il-lí-ci-tam, Praedo pri-
vá-tur lí-ci-ta. 9. Carnis de-let oppróbri- a Ca-
ro peccá-ti nésci- a : Di- e re- flô-rens térti- a
Corda confírmat dú-bi- a. 10. O mors Christi mi- rí-



fi-ca, Tu Christo nos vi-ví-fi-ca : Mors morti non



obnó-xi- a, Da no-bis vitae praémi- a. A-men.

### 3. O filii.

2.



ALle-lú-ia, al-le-lú-ia, alle-lú-ia.

*Chorus repetit* Allelúia.



1. O fí-li- i et fí- li- ae, Rex caeléstis, Rex gló-



ri- ae, Morte surré-xit hó- di- e, alle-lú-ia.

℟. Allelúia.



2. Et mane pri-ma sábba-ti, Ad ósti- um monu-



ménti Accessé-runt discí- pu-li, alle-lú-ia.

℟. Allelúia.



3. Et Ma-rí- a Magda- léne, Et Ja-có-bi, et Sa-



lóme, Ve-né-runt corpus únge-re, alle- lú-ia.
℟. Allelúia.



4. In albis se- dens Ange-lus Praedí-xit mu- li- é-



ri-bus : In Ga-li-laé-*a* est Dó-mi-nus, alle-lú- ia.
℟. Allelúia.



5. Et Jo- ánnes Apó-sto-lus Cu-cúrrit Pe-tro cí-



ti- us, Monuménto ve-nit pri- us, alle- lú- ia.
℟. Allelúia.



6. Discí-pu- lis adstán-tibus, In mé-di- o ste- tit


Christus, Di-cens : Pax vo-bis ómnibus, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.
7. Ut intel-lé-xit Dí-dymus Qui-a surré-xe-rat Je-
sus, Remánsit fe-re dú-bi-us, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.
8. Vi-de Thoma, vi-de la-tus, Vi-de pe-des, vi-de
manus, No-li esse incré-du-lus, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.
9. Quando Thomas Christi la-tus, Pe-des vi-dit at-
que manus, Di-xit : Tu es De-us me-us, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.



10. Be- á-ti qui non vi-dé-runt, Et fírmi-ter cre-



di-dé-runt, Vi-tam aetér-nam ha-bé-bunt, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.



11. In hoc festo sanctís-simo Sit laus et ju-bi-



lá- ti- o, BE-NE-DI-CÁ-MUS DÓ-MI-NO, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.



12. De quibus nos humíl- limas Devó-tas atque



dé- bi-tas DE-O di-cámus GRÁ-TI-AS, alle-lú-ia.
℟. Allelúia.

## 4. Exsultemus. *

3.



E Xsultémus et laetémur hó-di- e, Di- es iste,


di- es est laetí- ti- ae : * Alle- lú-ia, re-surré-
xit Dómi- nus. 2. Exsultándi et laetándi tempus
est : Pascha nostrum immo- lá-tus Agnus est. * Al-
le-lú- ia, re-surré- xit Dómi- nus. 3. Timor absit,
absit despe- rá-ti- o : Jam il-lúxit Christi re-surré-
cti- o. * Alle-lú-ia, re-surré- xit Dómi- nus.
4. Ad sepúlcrum mu-lí- e-res vé-ni- unt, Ab Ange- lo
respónsum re-cí-pi- unt. * Alle- lú-ia, re-surré-


xit Dómi- nus. 5. In sepúlcro quem do- léntes quaéri-
tis? Surre-xísse dí- ci- te discí-pu- lis. * Alle-
lú- ia, re-surré-xit Dómi- nus. 6. Ce-lebrántes hoc
Pascha sanctíssimum, Epu-lémur ve-ri- tá-tis ázy-
mum. * Alle-lú- ia, re-surré- xit Dómi- nus. 7. Fer-
mentá-tum expurgémus nóxi- um : Victor surgit, ve-
ra vi-ta ómni- um. * Alle- lú-ia, re-surré- xit
Dómi- nus. 8. In hoc ergo ve-tustá-tis térmi-no, Ser-




## IN ASCENSIONE DOMINI.

### 1. Omnes gentes. *




te De- o in voce exsulta-ti- ó-nis. * Alle-lú-ia,
alle- lú-ia.
℣. Quó- ni- am Dóminus excélsus, ter-rí-bi- lis : rex
magnus super omnem terram. Alle-lú- ia : * al-
le-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. Subjé-cit pópu-los no-bis : et gentes sub pé-di-bus
nostris. * Alle-lú-ia, alle- lú- ia.
℣. E- lé-git no-bis he-re-di-tá-tem su- am : spé-ci- em


Ja-cob quam di- léxit. Alle-lú-ia : * alle-lú-ia,
alle- lú-ia.
℣. Ascéndit De- us in jú-bi-lo : et Dómi-nus in vo-
ce tubae. * Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. Psál- li-te De- o nostro, psál-li-te : psál-li-te re-gi
nostro, psál-li- te. Alle-lú- ia : * alle- lú- ia,
alle- lú-ia.
℣. Quó-ni- am rex omnis terrae De- us : psálli- te sa-


pi- énter. * Alle-lú- ia, alle- lú-ia.
℣. Regná-bit De-us super gentes : De- us sedet su-
per sedem sanctam su- am. Alle-lú- ia : * alle-
lú-ia, alle- lú-ia.
℣. Prínci-pes popu- ló-rum congre-gá-ti sunt cum
De- o Abraham : quó-ni- am di- i fortes terrae ve-
heménter e-le-vá-ti sunt. * Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-




## IN FESTO PENTECOSTES.

### 1. Veni Sancte Spiritus.

8.





cunctá-rum gentes in u-ni-tá-te fí-de- i congre-



gá-sti. T. P. Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

## 2. Veni Creator.

8.



V E-ni Cre- á-tor Spí-ri-tus, Mentes tu-ó-rum



ví-si-ta, Imple su-pérna grá-ti- a Quae tu cre- á-



sti pécto-ra. 2. Qui Pa-rá-cli-tus dí-ce-ris, Donum



De- i al-tíssimi, Fons vi-vus, ignis, cá-ri-tas,



Et spi-ri- tá-lis úncti- o. 3. Tu septi- fórmis mú-


ne-re, Dextrae De- i tu dí-gi-tus, Tu ri- te pro-mís-
sum Patris, Sermó-ne di-tans gúttu-ra. 4. Accénde
lumen sénsi-bus, Infúnde amó-rem córdi-bus, In-
fírma nostri córpo-ris Virtú-te firmans pérpe-ti.
5. Hostem re-pél-las lóngi- us, Pa-cémque do-nes pró-
ti-nus: Ductó-re sic te praévi- o Vi-témus omne
nó-xi- um. 6. Per te sci- ámus da Patrem, Noscámus
atque Fí-li- um, Te utri- úsque Spí-ri-tum Cre-




*Extra Tempus Paschale :*




℣. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur. (Allelúia).
℟. Et renovábis fáciem terrae. (Allelúia).

Orémus.

DEus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

### 3. Sancti Spiritus. *




ómni- um fla-gi-ti- ó-rum, Spí-ri-tus : Pu-rí- fi-ca
nostri ó-cu-lum inter-i- ó-ris hómi-nis : Ut vi-dé-ri
suprémus Gé-ni-tor possit a no-bis : Mundi cordis
quem so-li cérne-re possunt ó-cu-li. Prophé-tas tu in-
spi-rásti, ut praecó-ni- a Christi praeci-nu- íssent
íncly-ta. Apósto-los confortásti, u-ti trophaé-um
Christi per to-tum mundum vé-he-rent. Quando má-
chi-nam per Verbum su- um fe-cit De- us cae-li, terrae,


má- ri- um : Tu super aquas, fo-tú-rus e- as, numen
tu- um expandísti Spí- ri-tus. Tu a-nimábus vi-vi- fi-
cándis aquas foecúndas : Tu adspi-rándo das spi-
ri-tá-les esse hómi-nes. Tu di-ví-sum per linguas
mundum et ri- tus adu-násti Dómi-ne. I-do-látras
ad cultum De- i révo-cas, ma-gistró-rum óptime.
Ergo nos suppli-cántes ti-bi exáudi pro-pí- ti- us,


Sancte Spí-ri-tus : Si-ne quo pre-ces omnes cassae
cre-dúntur, et indígnae De- i áuri-bus. Tu qui
ómni- um saecu-ló-rum sanctos tu- i númi-nis do-
cu- ísti instínctu amplecténdo, Spí-ri-tus : Ipse
hó-di- e Apósto-los Chri-sti donans múne-re insó-
li-to et cunctis inaudí-to saécu- lis : Hunc di- em
glo-ri- ó-sum fe-cí- sti. A-men.

## IN FESTO SS. TRINITATIS ET IN DOMINICIS PER ANNUM.

### 1. Duo Seraphim. *






## 2. Adesto sancta Trinitas.




pléxque mundi máchi-na Be-ne-dí- cit per
saécu-la. 3. Adsumus et nos cérnu- i Te
ad-o- rántes fámu- li : Vo-ta pre-césque súppli-
cum Hymnis jun-ge cae- lésti- um.
4. U-num te lumen cré-dimus, Quod et ter idem
có- limus : Alpha et Ome-ga quem dí- ci-
mus, Te laudat o- mnis spí- ri- tus.
5. Laus Patri sit ingé-ni-to Laus e- jus Uni-gé-



ni-to : Laus sit sancto Spi-rí-tu- i, Tri-



no De- o et símpli-ci. A-men.

### 3. Benedicta semper.

8.



BEne-dícta semper sit* be- á-ta Trí-ni-tas,



Dé- i-tas scí-li-cet ú-ni-ca, co-aequá- lis gló-ri- a.



2. Pa-ter, Fí- li- us, Sanctus Spí- ri- tus, tri- a sunt
3. De- us, gé-ni-tor, De- us gé-nì- tus, in u-tró-



2. nó-mi-na, ómni- a é- adem substánti- a.
3. que sa-cer Spí- ri-tus De- i-tá- te só-ci- us.



4. Proprí- e- tas in persó-nis, ú-ni- tas est et in
5. Ma-jéstas par et pot-é-stas, de-cus, ho-nor aeque



4. es-sén-ti- a. 6. Sí- de-ra, má- ri- a cónti-nens,
5. per ómni- a. 7. Quem tremunt ímpi- a tárta-ra,



6. arva si-mul et u-ni-vérsa cóndi-ta. 8. Nunc
7. co- lit quoque quem et a-býssus ín-fima. 9. Quem



8. omnis vox atque lingua fa- te- á-tur hunc lau-
9. lau-dat sol atque lu- na, dígni-tas ad- ó- rat



8. de dé-bi-ta; 10. Et nos, vo-ce prae-célsa, modu-
9. angé-li-ca. 11. E- ia et e- ia simul ju-bi-



10. lémur orgá- ni-ca cánti-ca, dul-ci me- ló- di- a
11. lémus al-tithró-no Dómi-no laudes in excél-sis.

12. O ado-ránda Trí-ni-tas! 14. Per te sumus cre- á-
13. O vene-ránda U-ni-tas! 15. Per te sumus red-ém-

14. ti, ve- ra ae-térni-tas. 16. Pó-pu-lum cunctum
15. pti, summa tu cá-ri-tas. 17. Te ad-o- rá-mus,

16. tu pró-tege, salva, lí-be-ra, é-ri- pe et emún-
17. omní-po-tens, ti- bi cá-nimus : ti-bi laus et gló-ri-

16. da.
17. a. A-men.

## 4. Kyrie fons bonitatis. *

3.

KYri- e, fons bo-ni-tá-tis, Pa-ter ingé-ni-te, a quo bona cuncta pro-cédunt : e- lé- i-son. Ký-ri- e, qui pa-ti Na-tum mundi pro crími-ne, ipsum


ut salvá-ret mi-sí-sti : e-lé- i-son. Ký-ri- e, qui
septi- fórmis dans dona Pnéuma-tis, a quo caelum,
terra repléntur : e-lé- i-son. Chri-ste, ú-ni-ce De- i
Patris Gé-ni-te, quem de Vírgi-ne nasci-tú-rum mun-
do mi-rí-fi-ce sancti praedixé-runt prophétae :
e-lé- i-son. Chri-ste há-gi- e, caeli compos ré-
gi-ae, me- los glóri-ae cu- i semper adstans pro nú-
mi-ne Ange-ló-rum de-cántat apex : e-lé- i-son.


Chri-ste, caé-li-tus adsis nostris pré-ci-bus, pro-nis mén-
ti-bus quem in terris devó-te có-limus, ad te pi-e
Je-su clamántes : e-lé- i-son. Ký- ri- e, Spí-ri-tus
alme, cohaérens Patri Na-tóque, u-ní- us u-sí-ae
consisténdo, flans ab utróque : e- lé- i-son. Ký- ri- e,
qui bapti-zá-to in Jordá-nis unda Chri-sto, effúl-
gens spé-ci- e co-lumbí-na appa-ru- í-sti, e- lé- i-
son. Ký- ri- e, ignis di-ví-ne, pécto-ra nostra




**5. Firmator sancte. ***





et amá- tor, e-lé- i-son. Ký-ri- e, ambó-rum fla-



men, lapsó-rum levá- men, e-lé- i-son. Ký-ri- e, tol-



le gravámen, dans re- is so-lá- men, e-lé- i-son. Ký-



ri- e, Trí-ni-tas alma, te confi-téntes et laudántes



sal- va, e-lé- i-son.

## IN FESTO SACRATISSIMI CORDIS JESU.

### 1. En ut superba.

6.



EN ut supérba crí- mi-num Et saeva no-


strórum cohors Cor sauci- á-vit ínno-cens Me-rên-
tis haud ta- le De- i. 2. Vibrán-tis hastam mí- li-
tis Peccá- ta nostra dí-rigunt, Ferrúmque di-rae
cúspi-dis Mortá- le crimen á-cu- it. 3. Ex Cor-
de scisso Ecclé- si- a Christo jugá-ta násci- tur;
Hoc óstium arcae in lá-tere est Genti ad sa-lú-tem
pó-si-tum. 4. Ex hoc per-énnis grá- ti- a, Ceu se-
pti-fórmis flú-vi- us : Sto-las ut il-lic sórdi-das




*Seq. Doxologia numquam mutatur.*




**2. Cor arca.**




tis vé-te-ris, Sed grá-ti-ae, sed vé-ni-ae, Sed
et mi-se-ri- cór-di-ae. 2. Cor, sanctu-á-ri- um no-
vi Inte-me-rá-tum foéde-ris, Templum ve-tústo
sáncti- us, Ve-lúmque scisso u- tí- li- us. 3. Te
vulne-rá-tum cá- ri-tas Ictu pa-ténti vó-lu- it :
Amó-ris invi- sí- bi-lis Ut ve- ne-rémur vúl-
ne-ra. 4. Hoc sub amó-ris sýmbo-lo Passus cru-én-
ta et mýsti-ca, Utrúmque sacri- fí- ci- um


Christus sa-cérdos óbtu-lit. 5. Quis non amántem
réd- amet? Quis non red-émptus dí-li-gat, Et Cor-
de in isto sé- ligat Aetér- na taber-ná-cu-la?
6. De-cus Pa-rénti, et Fí- li- o, Sanctóque sit Spi-
rí-tu- i, Quibus pot-éstas, gló- ri- a, Regnúm-
que in omne est saécu-lum. A-men.

## 3. O quantum. *


I.
O quantum in cru-ce * spi-rant amó-rem


caput tu- um Christe, incli-ná- tum, manus expán-
sae, pectus a-pértum : Fi-li De- i, qui ve-nísti
red-íme-re pérdi- tos, no-li damná-re red-émptos :
de vallè fle-tus ad te cla-mánti- um, Je-su bo-
ne, exáudi gémi-tum, nec men- sú-ram obsérves
crími-num : vulne- rá-tum Cor pre-cámur tu-um,
pi- e De- us.

### 4. Te laudamus Domine. *





Tu es Christus Dómi-nus Salvá-tor, qui de



Ma-rí- a Vírgi-ne es na- tus. Hunc sacro-sánctum cá-



li-cem suméntes ab omni culpa lí-be-ra nos



semper.

## 5. Litaniae Ss. Cordis Jesu.

### Cantus I. *



KY-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e e-lé- i-son. *ij.* Christe audi nos. *ij.* Christe



exáudi nos. *ij.*



Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fi- li Redémptor mundi De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spí- ritus San- cte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trínitas u- nus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



1. Cor Je-su, Fí- li- i Patris aetér- ni, mi-se-ré-re no-bis.



2. Cor Je-su, in sinu Vírginis Ma- tris a Spíritu Sancto for- má- tum,
3. Cor Je-su, Verbo Dei substan- tiáliter u- ní- tum,
4. Cor Je-su, majestátis in- fi- ní- tae,
5. Cor Je-su, templum De- i san- ctum,
6. Cor Je-su, tabernáculum Al- tís- si- mi,
7. Cor Je-su, domus Dei et por- ta- cae- li,
8. Cor Je-su, fornax ardens ca- ri- tá- tis,
9. Cor Je-su, justítiae et amóris re- ce- ptá- cu- lum,
10. Cor Je-su, bonitáte et amó- re ple- num,
11. Cor Je-su, virtútum ómnium a- býs- sus,
12. Cor Je-su, omni laude di- gníssi- mum,
13. Cor Je-su, rex et centrum ómni- um cór- di- um,
14. Cor Je-su, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiae et sci- én- ti- ae,
15. Cor Je-su, in quo hábitat omnis plenitúdo divi- ni- tá- tis,
16. Cor Je-su, in quo Pater sibi bene com-plá- cu- it,
17. Cor Je-su, de cujus plenitúdine omnes nos ac- cé- pi- mus,



18. Cor Je-su, desidérium cóllium ae- ter- nó- rum,
19. Cor Je-su, pátiens et multae mise- ri- cór-di-. ae,
20. Cor Je-su, dives in omnes qui ín-vo- cant te,
21. Cor Je-su, fons vitae et san- cti- tá- tis,
22. Cor Je-su, propitiátio pro peccá- tis no- stris,
23. Cor Je-su, saturátum op- pró-bri- is,
24. Cor Je-su, attrítum propter scéle- ra no- stra,
25. Cor Je-su, usque ad mortem obédi- ens fa- ctum,
26. Cor Je-su, láncea per- fo- rá- tum,
27. Cor Je-su, fons totíus consola- ti- ó- nis,
28. Cor Je-su, vita et resurrécti- o no- stra,
29. Cor Je-su, pax et reconciliáti- o no- stra,
30. Cor Je-su, víctima pec- ca- tó- rum,
31. Cor Je-su, salus in te spe- rán-ti- um,
32. Cor Je-su, spes in te mo- ri- én- ti- um,
33. Cor Je-su, delíciae sanctó- rum ó- mni- um,



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun- di, parce



no-bis Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá-



ta mun- di, exáu-di nos, Dómi-ne. Agnus De- i,



qui tol-lis peccá-ta mun- di, mi-se- ré-re no- bis.

℣. Jesu mitis et húmilis Corde.
℟. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactiónes quas in nómine peccatórum tibi persólvit, iísque misericórdiam tuam peténtibus tu véniam concéde placátus, in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. Amen.

### 6. Cantus II. *



KYri- e e- lé- i-son. *ij.* Christe



e- lé- i-son. *ij.* Ký- ri- e e- lé- i-son. *ij.* Chri-



ste au- di nos. *ij.* Christe exáu- di nos.



Pa- ter de cae- lis De-us, mi-se-ré-re no- bis.
Fi- li Red-émptor mun-di De-us, mi-se-ré-re no- bis.
Spí- ri- tus Sancte De-us, mi-se-ré-re no- bis.
Sancta Trí-ni- tas u- nus De-us, mi-se-ré-re no- bis.



1. Cor Je- su, Fí- li- i Patris aetérni, mi-se-ré-re no- bis.



2. Cor Je- su, in sinu Vír- ginis Ma- tris a Spíri- tu San- cto for- má- tum,
3. Cor Je- su, Verbo Dei substanti- á- li- ter u- ní- tum,
4. Cor Je- su, maje- stá- tis in- fi- ní- tae,
5. Cor Je- su, tem- plum De- i san- ctum,
6. Cor Je- su, Taber- ná- cu- lum Al- tís- si- mi,
7. Cor Je- su, domus De- i et por- ta cae- li,
8. Cor Je- su, fornax ar- dens ca- ri- tá- tis,
9. Cor Je- su, justítiae et a- mó- ris re- ce- ptá- cu- lum,
10. Cor Je- su, bonitáte et a- mó- re ple- num,
11. Cor Je- su, virtútum ó- mni- um a- býs- sus,
12. Cor Je- su, o- mni lau- de di- gníssi- mum,
13. Cor Je- su, rex et cen- trum ó- mni-um cór-di- um,
14. Cor Je- su, in quo sunt omnes the- sáuri sa- pién- ti- ae et sci- én- ti- ae,
15. Cor Je- su, in quo há- bitat omnis plenitú- do di- vi- ni- tá- tis,
16. Cor Je- su, in quo Pa- ter si- bi be- ne complá- cu- it,
17. Cor Je- su, de cujus plenitúdine o- mnes nos ac- cé- pi- mus,
18. Cor Je- su, desidérium cól- li- um ae ter- nó- rum,
19. Cor Je- su, pátiens et mul- tae mi- se- ri- cór- di- ae,



20. Cor Je- su, dives in o- mnes qui ín- vo- cant te,
21. Cor Je- su, fons vi- tae et san- cti- tá- tis,
22. Cor Je- su, propitiátio pro pec- cá- tis no- stris,
23. Cor Je- su, sa- tu- rá- tum op- pró-bri- is,
24. Cor Je- su, attrítum pro- pter scé- le- ra no- stra,
25. Cor Je- su, usque ad mortem ob- é- di- ens fa- ctum,
26. Cor Je- su, lán- ce- a per- fo- rá- tum,
27. Cor Je- su, fons totíus con- so- la- ti- ó- nis,
28. Cor Je- su, vita et re- sur- ré- cti- o no- stra,
29. Cor Je- su, pax et re- conci- li- á- ti- o no- stra,
30. Cor Je- su, ví- cti- ma pec- ca- tó- rum,
31. Cor Je- su, sa- lus in te spe- rán- ti- um,
32. Cor Je- su, spes in te mo- ri- én- ti- um,
33. Cor Je- su, delíci- ae san- ctó- rum ó- mni- um,



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun- di,



par-ce no-bis, Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-



lis peccá- ta mun- di, ex-áudi nos, Dómi-ne.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mun-di,



mi- se-ré-re no-bis.

### 7. Filioli implete.

6.



FI-lí- o-li, * implé-te gáudi- um me- um,



ut ómni- a ve-stra in ca-ri-tá-te Cor- dis me- i



fi- ant. Pa-rá-tum cor nostrum, De- us cordis no-



stri, pa-rá-tum cor nostrum, alle-lú- ia.

### 8. Cor meum.

4.



COR me- um * cá-ri-tas est : qui ma-net, in



ca-ri- tá- te, in Cor-de me- o ma- net, et Cor

## 9. Magnificat.

6.



G Rá- ti- as infi-ní-tas super in- e-narra-bí-



Ma- gní- ficat
Et ex- sultávit spí- ri- tus me- us *
Qui-a respéxit humilitá- tem an- cíl- lae su- ae : *

Qui-a fecit mihi ma- gna qui po- tens est : *
Et mi- sericórdia ejus a progénie in pro- gé- ni- es *
Fe- cit poténtiam in brá- chi- o su- o : *
De- pó- suit potén- tes de se- de, *
E- su- riéntes im- plé- vit bo- nis, *
Su- scé- pit Israel pú- e- rum su- um, *
Sic- ut locútus est ad pa- tres no- stros, *
Gló-ri- a Pa- tri, et Fí- li- o, *
Sic- ut erat in princípio, et nunc, et sem- per, *



me- um ma-net in e- o, al-le-lú- ia.



libus do-nis Cordis Je- su. *T. P.* Al-le-lú- ia.



ánima mé- a Dó- mi- num.
in De- o salu- tá- ri me- o.

ec-ce e- nim ex hoc beá-
tam me dicent
omnes gene- ra- ti- ó- nes.
et san-ctum no- men e- jus.

ti- mén-ti- bus e- um.
di-spérsit supérbos mente cór- dis su- i.
et ex- al- tá- vit hú- mi-les.
et dí- vi- tes di- mí- sit in- á- nes.
re-cor-dá- tus miseri- cór- di- ae su- ae.
A-bra-ham et sémini e- jus in saé- cu- la.
et Spi- rí- tu- i San- cto.
et in saé- cula saecu- ló- rum. A- men.

### 10. Cor Jesu.




## S. AGNETIS VIRGINIS ET MARTYRIS.

### Beata Agnes.




expánsis má-ni-bus o-rá-bat : Te dépre- cor,
ve-ne-ránde, co-lénde, Pa-ter me-tu- én- de :
qui- a per sanctum Fí- li- um tu- um mi-nas evá-
si sacrí-le-gi ty-ránni, et carnis spurcí-ti- as
imma-cu-lá-to calle transí- vi : et ec-ce vé-ni- o
ad te, quem amá-vi, quem quaesí-vi, quem sem-
per optá-vi.

## IN PURIFICATIONE B. MARIAE V.

### Cum inducerent.




## S. AGATHAE VIRGINIS ET MARTYRIS.

### Stans beata.






℣. Ora pro nobis, sancta Agatha.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Deus, refúgium nostrum et virtus : † adésto piis Ecclésiae tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; * ut quod fidéliter pétimus, intercedénte Beáta Agatha, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## S. SCHOLASTICAE VIRGINIS.

### 1. Surge propera.




### 2. O quam praeclara.





ad plú-vi- ae tra- xit i- nunda- ti- ó-nem.

℣. Ora pro nobis, sancta Scholástica.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

DEus, refúgium nostrum et virtus : † adésto piis Ecclésiae tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; * ut quod fidéliter pétimus, intercedénte Beáta Scholástica, efficáciter consequámur. Per Christum.
℟. Amen.

---

## APPARITIONIS B. M. V. IMMACULATAE.

### 1. Omnis expertem.

4.



O-mnis expér-tem má-culae Ma-rí- am Edo-



cet summus fí-de- i ma-gí-ster : Vírgi-nis gaudens



cé-lebrat fi-dé-lis Terra tri- úmphum. 2. Ipsa se



prae-bens húmi- li pu- él-lae Virgo spectándam, ré-


cre- at pa-véntem : Seque concéptam si-ne labe, san-
cto Praé-di-cat o-re. 3. O spe-cus fe- lix, de-co-
rá-te di-vae Matris aspé-ctu! ve-ne-ránda ru-pes,
Unde vi-tá- les sca-tu- é-re ple-no Gúrgi-te lym-
phae! 4. Huc ca-tervá- tim pi- a turba nostris, Huc
ab extér-nis per-egrí-na ter-ris Afflu- it supplex,
et o-pem pot-éntis Vír-gi-nis o-rat. 5. Exci- pit
Ma- ter lácrimas pre-cántum, Do-nat optá-tam mí-


se-ris sa-lú-tem : Compos hinc vo- ti pátri- as ad
o-ras Turba revér-tit. 6. Súppli-cum, Vir-go, mi-
se-rá-ta ca-sus, Semper o nostros ré-fove la-bó-
res, Impetrans maestis bo-na sempi-térnae Gáu-
di- a vi- tae. 7. Sit de-cus Pa-tri, ge-ni-taéque Pro-
li, Et ti-bi compar utri- úsque vir-tus, Spí-ri-
tus semper, De- us unus, omni Témpo-ris ae-vo.
A- men.

## 2. Hodie gloriosa.

8.



H O-di- e * glo-ri- ó-sa cae- li Re-gí-na in



terris appá-ru- it : hó-di- e pópu-lo su- o verba



sa-lú-tis et pígno-ra pa-cis áttu- lit : hó-di- e



Ange-ló-rum et fi-dé- li- um cho- ri, Imma-cu- lá-



tam Concepti- ó-nem ce- lebrántes gáudi- o ex-



súl-tant. Alle-lú- ia.

## IN FESTO S. GREGORII MAGNI PAPAE.

## 1. Anglorum jam.

8.



A Ngló-rum jam Apó-sto-lus, Nunc Ange-ló-


rum só-ci- us, Ut tunc, Gre-gó-ri, génti- bus Suc-
cúrre jam cre-dén-ti-bus. 2. Tu largas opum có-
pi- as, Omnémque mundi glő-ri- am Spernis, ut
in-ops ín-o- pem Je-sum sequá- ris prín-ci-pem. 3. Vi-
dé-tur egens náu-fragus, Dum stipem pe- tit Ange-
lus, Tu munus jam post gémi- num, Praebes et vas
argénte- um. 4. Ex hoc te Christus témpo-re, Su- ae
praefert Ecclé-si-ae : Sic Petri gradum pérci- pis,



Cu-jus et normam séque-ris. 5. O Pónti-fex egré-



gi- e, Lux et de-cus Ecclé-si-ae, Non si-nas in



per-í-cu- lis, Quos tot mandá- tis ínstru- is. 6. Sit



Patri laus ingé- ni-to, : Sit de-cus U-ni-gé-ni-to :



Sit utri- úsque pá-ri- li Ma-jéstas summa Flá-mi-



ni. A-men.

## 2. Gregorius respiciens.

6.



G Re-gó- ri-us, respí- ci-ens Angló-rum jú-ve-



nes, a- it : Angé- li-cam ha-bent fá- ci- em, et ta-



les Ange- ló-rum in cae- lis de-cet es-se con-sórtes.

## IN SOLEMNITATE S. JOSEPH.

### 1. Iste quem laeti.

8.



I-ste, quem lae-ti có-limus fi-dé- les, Cu-



jus excél-sos cá-nimus tri- úmphos, Hac di- e Jo-



seph mé-ru- it per-énnis Gáu-di- a vi- tae. 2. O nimis



fe- lix, nimis o be- á-tus! Cu- jus extré-mam ví-



gi-les ad ho- ram Chri-stus et Virgo simul adsti-



té-runt O-re se-ré- no. 3. Hinc stygis vi-ctor, lá-
que- o so-lú- tus Carnis, ad se-des plá-ci-do sopó-
re Migrat aetérnas, ru-ti- lísque cingit Témpo-
ra ser-tis. 4. Ergo regnántem fla-gi-témus omnes,
Adsit ut no- bis, ve-ni- ámque nostris Obti-nens
cul-pis, trí-bu- at supérnae Mú-ne-ra pa- cis. 5. Sint
ti-bi plausus, ti-bi sint honó- res, Tri- ne qui re-
gnas De- us, et co-ró-nas Aure- as servo trí-bu- is



fi-dé- li Omne per aevum. A-men.

## 2. O felicem virum.*

1.



O fe- lí-cem vi- rum * be- á-tum Jo- seph!



cu- i da-tum est De- um, quem multi re-ges vo-



lu- é-runt vi-dé-re, et non vi-dé-runt, audí- re, et



non audi- é-runt, non so-lum vi- dé- re, et audí-



re, sed portá- re et complé-cti, de- oscu-lá-



ri, vestí- re et custo- dí- re.

## 3. Litaniae.*


KYri- e e-lé- i-son. ij. Christe e-lé- i-son. ij.
Ký-ri- e e-lé- i-son. ij. Christe audi nos. ij. Christe
exáudi nos. ij.
Pa- ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re nobis.
Fi- li Redémptor mun-di De- us, mi-se-ré-re nobis.
Spí- ri- tus Sancte De- us, mi-se-ré-re nobis.
Sancta Trí-ni- tas u- nus De- us, mi-se-ré-re nobis.
1. Sancta Ma- rí- a, o-ra pro no-bis.
2. San- cte Jo- seph, o-ra pro no-bis.
3. Pro-les Da- vid ín- cly- ta, ora pro nobis.
4. Lumen Patri- ar- chá- rum, ora pro nobis.
5. Dei Genitrí- cis spon-se, ora pro nobis.
6. Custos pudí- cae Vír-gi- nis, ora pro nobis.



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 7. Fílii Dei | nu- | trí- ci- | e, | ora pro nobis. |
| 8. Christi defén- | sor | sé- du- | le, | ora pro nobis. |
| 9. Almae Famíli- | ae | prae- | ses, | ora pro nobis. |
| 10. Joseph | ju- | stís-si- | me, | ora pro nobis. |
| 11. Joseph | ca- | stís-si- | me, | ora pro nobis. |
| 12. Joseph pru- | den- | tís- si- | me, | ora pro nobis. |
| 13. Joseph | for- | tís- si- | me, | ora pro nobis. |
| 14. Joseph obedi- | en- | tís- si- | me, | ora pro nobis. |
| 15. Joseph fi- | de- | lís- si- | me, | ora pro nobis. |
| 16. Spéculum pa- | ti- | én- ti- | ae, | ora pro nobis. |
| 17. Amátor pau- | per- | tá- | tis, | ora pro nobis. |
| 18. Exémplar | o- | pí- fi- | cum, | ora pro nobis. |
| 19. Domésticae vi- | tae | de- | cus, | ora pro nobis. |
| 20. Cu- | stos | Vír-gi- | num, | ora pro nobis. |
| 21. Familiá- | rum | có- lu- | men, | ora pro nobis. |
| 22. Solátium mi- | se- | ró- | rum, | ora pro nobis. |
| 23. Spes ae- | gro- | tán-ti- | um, | ora pro nobis. |
| 24. Patróne mo- | ri- | én- ti- | um, | ora pro nobis. |
| 25. Ter- | ror | daé-mo- | num, | ora pro nobis. |
| 26. Protéctor sanctae | Ec- | clé- si- | ae, | ora pro nobis. |



Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, parce
Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, exáu-
Agnus De- i, qui tol-lis peccá-ta mundi, mi-se-



no- bis Dómi-ne.
di nos Dómi-ne.
ré- re no- bis.

℣. Constítuit eum dóminum domus suae.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suae.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimae Genitrícis tuae sponsum elígere dignátus es : † praesta, quaésumus; ut quem protectórem venerámur in terris, * intercessórem habére mereámur in caelis : qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

### 4. Laetare alma.

7.



L Aetá- re, * alma Ma-ter Ecclé- si- a; sancti



Jo-seph sponsi Ma-rí- ae adsunt sol-émni- a : tanti



Pro-tectó-ris laetá-re mé-ri- tis, laetá- re Patro- cí-



ni- o : cu-jus glo-ri- ósae pre-ces et pi- a suffrá-gi- a



nos tu- e- ántur semper ac du-cant ad caelésti- a.

℣. Constítuit eum dóminum domus suae.
℟. Et príncipem omnis possessiónis suae.

# S. P. BENEDICTI ABBATIS.

## 1. O caelestis norma.




## 2. Sanctissime Confessor.





chó- rum pa-ter et dux Be-ne- dí-cte, intercé-



de pro nostra omni- úmque sa- lú- te.

## IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE.

### Puer qui natus.

7.



PUer * qui na-tus est no-bis, plus quam pro-



phé-ta est : hic est e-nim de quo Salvá-tor a- it :



Inter na-tos mu-lí- e-rum non surréxit ma-jor Jo- án-



ne Baptí-sta.

## SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

### 1. Aurea luce.




se-ná- tum lau-re- á-ti pós-si-dent. 3. Ó fe-lix Roma,
quae tantó-rum Prínci-pum Es purpu-rá-ta pre- ti- ó-
so sángui-ne: Non laude tu- a, sed ipsó-rum mé-
ri- tis Excél-lis omnem mundi pulchri- tú-di-nem.
4. Sit Tri-ni-tá-ti sempi- térna gló- ri- a, Ho-nor,
pot-éstas, atque ju-bi- lá- ti- o, In u-ni-tá-te,
cui ma-net impé- ri- um, Ex tunc, et mo- do, per
aetérna saécu-la. A-men.

## 2. Hodie Simon Petrus.



## PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

### Festivis resonent.





mi vé-te-ris crími-ne cónti-git : A-dámi intégri-tas



et pí- e-tas novi Vi-tam réddi-dit ómni-bus. 4. Cla-



mó-rem vá-li-dum summus ab aéthe-re Languéntis



Gé-ni- ti si Pa-ter áudi- it, Pla- cá-ri pó-ti- us sán-



gui-ne dé-bu- it, Et no-bis vé-ni- am da-re. 5. Hoc



qui-cúmque sto-lam sángui-ne pró-lu- it, Abstérgit



mácu-las, et ró-se- um de-cus, Quo fi- at sími-lis pró-



ti-nus Ange-lis, Et re-gi plá-ce- at, ca-pit. 6. A re-




## IN VISITATIONE B. MARIAE V.

### Veni praecelsa. *




si-ta, Aegras mentes il-lúmina Per sacrae vi-tae
mú-ni- a. 2. Ve-ni salvátrix saécu-li, Sordes aufer
pi- ácu- li, In vi- si- tándo pópu-lum, Poenae tollas
per- í-cu-lum. 3. Veni re-gí- na gén-ti- um, De-le flam-
mas re- á-tu- um, Rege quemcúmque dé-vi- um, Da
vi- tam inno-cén- ti- um. 4. Ve-ni et aegros ví- si-tes,
Ma-rí- a, vi- res ró-bo-res Virtú-te sacri ímpe-tus, Ne
fluctu- é-tur á- nimus. 5. Ve-ni stella, lux má- ri- um,


Infúnde pa-cis rá-di- um: Exsúltet cor in gáudi- um
Jo- ánnis ante Dóminum. 6. Ve-ni virga re-gá- li- um,
Reduc fluctus er-ránti- um Ad u-ni-tá-tem fí-de- i
In qua salvántur caéli-ci. 7. Ve-ni, depósce Spí-ri-tus
Sancti dona propénsi- us, Ut di-rigámur récti- us In
hu-jus vi-tae ácti-bus. 8. Ve-ni, laudémus Fí- li- um,
Laudémus Sanctum Spí-ri-tum, Laudémus Patrem úni-
cum, Qui no-bis det auxí- li- um. A- men.

## S. MARIAE MAGDALENAE PAENITENTIS.

### Pater superni.

8.



PAter su-pérni lúmi-nis, Cum Magda-lé-nam



réspi-cis, Flammas amó-ris éxci-tas, Ge-lúque sol-



vis pécto-ris. 2. Amó-re cur-rit sáuci- a Pe-des be- á-



tos únge-re, Lavá-re fle-tu, térge-re Comis, et



o-re lámbe-re. 3. Adstá-re non timet cru-ci, Se-



púlcro inhaéret ánxi- a, Tru-ces nec horret mí- li-



tes : Pel-lit timó-rem cá-ri-tas. 4. O ve-ra, Chri-ste,



cá-ri-tas, Tu nostra purga crí-mi-na, Tu corda reple



grá- ti- a, Tu redde cae- li praémi- a. 5. De- o Patri



sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí- li- o, Cum Spí-ri-tu



Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu- um. A-men.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

---

## IN FESTO S. JOACHIM PATRIS B. M. V. ET S. ANNAE MATRIS EJUSDEM.

Joachim est nata. *

I.



JOachim est na-ta fí- li- a bene-dícta.



2. Ex Anna est orta spléndi-da ma-ris stel-la. 3. Pro-


phe-tá-rum ad-ímplens praecó-ni- a : 4. Mundo pa-
rans sa-lú- tis remé-di- a. 5. O Jó- achim fe-lix!
O fe-lix Anna! 6. Dracó-nis cervix est conculcá-
ta, 7. Virgo dum pro-dit imma-cu-lá-ta : 8. Stella
ma-tu-tí-na, 9. Ro-sa si-ne spí-na. 10. O Jó- achim fe-
lix! o fe-lix Anna! 11. Gérmi-nat vírgu-la Jesse
post saécu-la. 12. Mi-re fructí- fe-ra, Promíssa mú-
ne- ra. 13. Christi Matris pa-réntum laus fulget ín-




## IN TRANSFIGURATIONE D. N. J. C.

1. Fulget mundo. *

I.




2. Digne mundus cé-lebret di- é- i festa : 3. Quo le-gis
et Prophe-tá-rum concí-ne-re dicta. 4. Quis de-cor sit
domus De- i, et quae e-jus gló-ri- a : 5. Quae formae
dígni-tas humánae Sanctis máne- at in saécu-la :
6. Demónstrat hó-di- e Christi Transfigu-rá-ti- o ad-o-
ránda. 7. Assúmpsit Petri, Jacó-bi et Jo- ánnis te-
stimó-ni- a. 8. Ascéndit in montem assistén-te Mó- y-se
et E-lí- a. 9. Transfigu-rá-tur córpo-ris humá-ni for-


ma. 10. Vi-dé-tur transformá-ti splendor et glô-ri- a.
11. Circumfúlsit súb-i- to lux imménsa. 12. Fá-ci- es
e-jus fit ut sol spléndi-da. 13. Fi- unt vestiménta
sic-ut nix cándi-da. 14. Obstupéscunt qui haec vi-dent
mi-rácu- la. 15. Obumbrávit e- os nubes lú-ci-da.
16. Intónu- it de caelo vox pa-térna. 17. Hic est Fí-
li- us, in quo di-lécti- o mi-hi ú-ni-ca : 18. In quo
mi-hi complá-cu- i, et placent mi-hi ómni- a.


19. Gaude fi-dé-lis credens in De- um cónci- o chri-
sti- ána. 20. Compa-ti- éndo e-ris regnans cum Chri-
sto in saécu-la. 21. Abstergé-tur ab ó-cu-lis Sanctó-
rum omnis lácrima. 22. Laetabúntur justi, et fulgé-
bunt lu-ce sempi- térna. 23. Non e-rit luctus, non e-rit
do-lor, non e-rit mo-lésti- a. 24. Pax e-rit summa et
jucúndi-tas ín-e-rit perpé-tu- a. 25. Jam cum De- o
regná-bunt in gló-ri- a : 26. In qua secum regnáre




## 2. Quicumque Christum.




est gén-ti- um, Popu-líque Rex Judá- i-ci, Promís-
sus Abrahae patri, E-júsque in aevum sé-mi-ni.
4. Hunc et Prophé- tis té-sti-bus, I- isdémque signa-
tó-ri-bus, Testá-tor et Pa-ter jubet Audí-re nos
et cré- de-re. 5. Gló-ri- a ti- bi Dó-mi-ne, Qui ap-
pa-ru- í-sti hó-di- e, Cum Patre et Sancto Spí- ri-
tu, In sempi- térna saé-cu-la. A-men.

### 3. Christus Jesus.

4.

C




## S. LAURENTII MARTYRIS.

### Beatus Laurentius.

8.

B






## IN ASSUMPTIONE B. M. V.

### 1. Beata es. *






**2. Eructavit cor meum.***





quae hó-di- e glo-ri- ó- sa cum Ange-lis tri- úmphas.

Ps. 44.



E - ructá-vit cor me- um verbum bonum : * di-



co ego ópe-ra me- a Re-gi. ℣. Adstí- tit Re-gí-na



a dextris tu- is in vestí-tu de-aurá-to : * circúm-



da-ta va-ri- e-tá-te. *Ant.* Pa-ra-dí-si.



℣. Audi, fí- li- a, et vi-de, et inclí-na aurem



tu- am : * et obli-vísce-re pópu-lum tu- um et do-



mum patris tu- i. ℣. Et concupíscet Rex de-có-rem



tu- um: *quó-ni- am ipse est Dóminus De- us tu- us,



et ado-râbunt e- um. *Ant.* Pa-ra-dí-si.



℣. Et fí- li-ae Ty-ri in muné-ribus * vultum tu- um



depre-cabúntur : omnes dí-vi-tes ple-bis. ℣. Omnis



gló-ri- a e-jus fí- li- ae Regis ab intus : *in fímbri- is



áure- is circumamícta va-ri- e-tá-tibus. *Ant.* Pa-radí-si.



℣. Adducêntur Re-gi vírgi-nes post e- am : *próximae



e-jus affe-réntur ti-bi. ℣. Affe-réntur in laetí- ti- a et



exsulta-ti- óne : * addu-céntur in templum Re-gis.
*Ant.* Paradísi.



℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, * et Spi-rí-tu- i San-



cto. ℣. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et sem-



per,*et in saécu-la saecu-lórum. Amen. *Ant.* Pa-radí-si.

### 3. Quae est ista.

I.



Q Uae est ista, * quae ascéndit sic-ut auró-ra



consúrgens? pulchra ut lu- na, e-lécta ut



sol, ter- rí-bi- lis ut castró-rum á-ci- es ordi- ná-ta.

## IN NATIVITATE B. M. V.

### Nativitas Mariae. *




4. Ut auró-ra surgens progré-di-tur, Vel-ut luna pul-
chra descrí-bi-tur : Super cuncta ut sol e-lí-gi-tur
Virgo pi- a. 5. Virgo clemens et Virgo ú-ni-ca,
Virga fumi et a-romá-ti-ca, In te cae-li mundí-
que fábri-ca Glo-ri- á-tur. 6. Te signá-runt o-ra pro-
phé-ti-ca, Ti-bi canunt Sá-lo-mon Cánti-ca Canti-
có-rum, te vox angé-li-ca Pro-testá-tur. 7. Verbum Pa-
tris pro-céssu témpo-ris Intrat tu- i secré-tum cór-


po-ris : Intus to-tum, et to-tum dé- fo- ris Simul
fu- it. 8. Fructus vi-rens a- réntis árbo-ris, Christus
gi-gas imménsi ró-bo-ris, Nos a nexu funésti pí-
gno-ris E-rí-pu- it. 9. Qui pót-e-rat de no-bis cónque-
ri Pro peccá-to pa-réntum vé-te-ri, Me-di- á-tor
vó-lu- it fí- e-ri De- i et hó-mi-nis. 10. Condó-lu- it
hu-má-no gé-ne-ri Virgi-ná-lis Fí- li- us ú-te-ri :
Accingántur se-nes et pú- e-ri Ad laudem Vír-gi-




## IN FESTO SEPTEM DOLORUM B. M. V.

1. O quot undis.




sum stí-pi-te, Cernit ulnis incu-bántem Virgo
Ma-ter Fí- li- um! 2. Os su- á- ve, mi-te pectus, Et
la-tus dul-císsimum, Dexte-rámque vulne-rá- tam,
Et si-nístram sáuci- am, Et rubras cru- ó-re plan-
tas Aegra tingit lácrimis. 3. Centi- és-que mil-li- és-
que Stringit arctis né-xibus Pectus il-lud et la-
cér- tos, Il-la fi-git vúlne-ra: Sicque to-ta col-
liquéscit In do-ló-ris óscu-lis. 4. E-ia Ma- ter,




℣. Regína Mártyrum ora pro nobis.
℟. Quae juxta crucem Jesu constitísti.

**2. Cum vidisset Jesus.**






## SANCTORUM ANGELORUM CUSTODUM.

### Custodes hominum.






℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

## SS. PLACIDI ET SOCIORUM MART. O. N.

### Septennis Placidus.




ra, Gressus accé-le-ras? O vir o-bé-di- ens, Insué-
tum per i-ter vox te pi- i patris Ad magná-
li- a dí-ri-git. 4. Raptum re-stí-tu- it mox Plá-ci-dum
lacus : Sed cu-jus mé-ri- tis? Maurus an ábstu-lit,
Nursinúsve pa-ter gúrgi- tis e si-nu? Solvit quae-
sí-ta párvu-lus. 5. Praesta, summa Tri- as, per Plá-
ci-di pre-ces, Angústo mó-nachi trámi- te Régu-
lae. Cae-ló-rum pró-pe-rent átri- a cónsequi, Im-



míxti Súpe-rum cho-ris. A-men.

℣. Salvásti nos Dómine de affligéntibus nos.
℟. Et in nómine tuo confitébimur in saéculum.

---

## S. TERESIAE VIRGINIS.

### Regis superni.

8.



Regis su-pérni núnti- a, Domum pa-térnam



dé-se-ris, Terris Te-ré-sa bárba-ris Christum datúr*a* aut



sángui-nem. 2. Sed te manet su- á-vi- or Mors, poe-



na poscit dúl-ci- or : Di-vín*i* amó-ris cúspi-de In



vulnus i-cta cónci-des. 3. O ca-ri- tá- tis víctima!




## S. RAPHAELIS ARCHANGELI.

### Tibi Christe.





da-mus vó-ci-bus. 2. Collaudámus ve-ne-rántes



Omnes cae-li prínci-pes, Sed prae-cí-pu- e fi-dé-



lem Mé-di-cum et cómi-tem, Rapha- é-lem, in vir-



tú-te Alli-gántem daémo-nem. 3. Quo custó-de



pro-cul pel-le, Rex Christe pi- ís-sime, Omne



ne-fas i-nimí- ci : Mundo corde et córpo-re Pa-



ra-dí-so redde tu- o Nos so-la cle- ménti- a.



4. Gló-ri- am Patri me-ló-dis Perso-némus vó-ci-bus,



Gló-ri- am Christo caná-mus, Gló-ri- am Pa-rácli-to,



Qui tri-nus et unus De- us Exstat ante saécu-



la. A-men.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi.
℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

---

## IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

### Ecce pulchra.*

7.



EC-ce pulchra canó-rum ré-so-net vo-ce alle-



lú-ia : 2. Intimans réqui- em Sanctó-rum íncly-tam.



3. Su-per omnes regnat Ma-rí- a caeli, terrae dómi-


na : 4. Ange-ló-rum juxta rú-ti-lans ardet turba plú-
rima. 5. Sublími in cáthedra Aposto-ló-rum sedent
fúlgi-da ágmi-na tri-bus et linguas ju-di-cánti- a :
6. Dómi-ni vestí-gi- a qui se-cú-ti sunt juxta degéntes
in terra spernéntes marcescí-bi-lem vi-tam. 7. Sto-lis
cándi-dis Márty-rum adornántur colla : 8. Hi sunt mí-
li-tes qui mundi praeli- á-runt bel-la. 9. Co-ró-nis albis


co-ronántur Sancti Qui confi-téntes cre-di-dé-runt ju-
ste, Vel fi-de certántes respu- é-runt vana : Modo
ha-bent caelésti- a regna : 10. In qua tri- úmphant di-
céntes gló-ri- am, Si-ve cánti-cant psalléntes cármi-
na Arte dulcí-so-na, vo-ce mel-lí-flu- a Re-gi
Christo submitténtes colla. 11. Multum re-ci-tá-ris laude
spi-rí-tu- um, Atque ju-bi-lá-ris in cho-ro Vírgi-num,
alle-lú-ia : Dulcímo-de te de-cántant pu-dí-ca ágmi-



na. 12. Laus ti-bi sit semper Christe per ómni- a,



Qui o-pi-tu-lá-ris cantántes tá-li- a Vo-ce pulchra,



alle-lú-ia; Et nos ipsi proclamémus una : 13. Da



no-bis aetérna regna fló-ri-da : 14. U-bi cantémus



omnes alle- lú-ia. A-men.

## PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS.

### Languentibus.*

6.



L Anguénti-bus in Purga-tó-ri- o, Qui pur-



gántur ardó-re ními- o, Et torquéntur gra-vi sup-


plí-ci- o, Subvé-ni- at tu-a compássi- o : O
Ma-rí- a! 2. Fons es pa-tens qui culpas áblu- is,
Omnes juvas et nullum réspu- is : Manum tu-am
exténde mórtu- is, Qui sub poenis languent contí-
nu- is : O Ma-rí- a! 3. Ad te pi- e suspí- rant
mórtu- i, Cu-pi- éntes de poenis é-ru- i,
Et adés-
se tu- o conspéctu- i, Aeternísque gáudi- is pér-
fru- i : O Ma-rí- a! 4. Geménti-bus Ma-ter accé-


le-ra, Pi- e-tá-tis osténde vísce-ra : Il-los Je-sus
per su- a vúlne-ra Ut saná-re digné-tur ímpe-
tra : O Ma-rí- a! 5. Tu ve-ra spes ad te clamán-
ti- um : Ad te clamat turba sodá- li- um, Pro frá-
tri-bus ut pla-ces Fí- li- um, Et caeléste det e- is
praémi- um : O Ma- rí- a! 6. Fac lácrimae quae bo-
na réspi-cis, Quas fúndimus ad pe-des Jú-di-cis, Mox
exstínguant vim flammae víndi-cis, Ut jungántur



cho-ris angé- li-cis : O Ma-rí- a! ℣. Et cum fi- et



stricta discússi- o, In treméndo De- i ju-dí-ci- o,



Ju-di-cánti súppli-ca Fí- li- o, Ut cum Sanctis sit



no-bis pórti- o : O Ma- rí- a! A-men.

## IN FESTO S. MARTINI.

### 1. O beatum virum.

2.



O be- á-tum vi-rum!*cu-jus á-ni- ma pa-ra-



dí-sum póssi-det : unde exsúltant Ange-li, laetán-



tur Archán-ge- li, cho- rus Sanctó-rum proclámat, tur-



ba Vírgi-num inví-tat, Mane no-bís-cum in ae-térnum.

## 2. O beatum Pontificem.

I.



O be- á-tum Pontí- fi-cem, * qui to-tis vi-



scé-ri-bus di- li-gé- bat Christum Re- gem, et non for-



mi-dá-bat impé-ri- i princi- pá- tum! o sanctíssima



á-nima, quam etsi glá-di- us perse-cu-tó-ris non áb-



stu- lit, palmam tamen martý-ri- i non a-mí- sit.

## S. GERTRUDIS VIRGINIS. O. N.

### O dignissima.

3.




## S. CAECILIAE VIRGINIS ET MARTYRIS.

### 1. Est secretum.

4.





ama-tó- rem, qui ními- o ze-lo custó- dit corpus



me- um.

### 2. Dum aurora.

8.



DUM auró- ra * fi-nem da- ret Cae-cí- li- a



exclamá- vit, di- cens : E- ia, mí- li- tes Christi,



abjí- ci- te ópe-ra te-nebrá-rum, et indu- ími-ni



arma lu- cis.

# APPENDIX.

## PRO SUMMO PONTIFICE.

### 1. Tu es Petrus.

7.



TU es Petrus, * et super hanc petram



aedi- fi-cábo Ecclé-si- am me- am.

### 2. Oremus pro Pontifice. *

I.



O - rémus pro Pontí- fi-ce nostro, *N.*



℟. Dómi-nus consérvet e- um, et vi-ví- fi-cet e- um,







℣. Fiat manus tua super virum déxterae tuae.
℟. Et super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

Orémus. *Oratio.*

DEus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.*, quem pastórem Ecclésiae tuae praeésse voluísti, propítius réspice : da ei quaésumus verbo et exémplo, quibus praeest, profícere : ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Christum.

Alia Oratio.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* : † et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae; * ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

---

## PRO EPISCOPO.

### 1. Oremus pro Antistite. *

℣.





*N.* ... ℟. Stet et pascat in forti-tú- di-ne



tu- a Dómi-ne, in sublimi-tá-te nó-mi- nis tu- i.

## 2. Alter Cantus. *

℣.



O - rêmus pro Antísti- te nostro *N.* ...



℟. Stet et pascat in forti-tú-di-ne tu- a



Dómi-ne, in sublimi-tá-te nómi-nis tu- i.

℣. Salvum fac servum tuum.
℟. Deus meus sperántem in te.

Orémus. *Oratio.*

DEus ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.*, quem pastórem Ecclésiae *N.* praeésse voluísti propítius réspice : † da ei, quaésumus verbo et exémplo, quibus praeest, profícere; * ut ad vitam una cum grege sibi crédito pervéniat sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum.

## PRO PACE.

### 1. Da pacem.




### 2. Pacem tuam.





ctúrno; sed semper vi-gi-lémus cunctis in o-pé-



ri-bus manda-tó- rum tu- ó- rum.

℣. Fiat pax in virtúte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.

Orémus. *Oratio.*

DEus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera : † da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; * ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

---

## IN VARIIS NECESSITATIBUS.

### 1. Parce Domine.*

5.



P Ar-ce Dómi- ne, * par-ce pó-pu- lo



tu- o, quem red- emísti, Christe,



sángui- ne tu- o : ut non in aetér-



num i-rascá- ris no- bis.

2. Te decet laus. *



2. TE de-cet laus, * te de-cet hymnus, ti-bi



gló-ri- a De- o Patri et Fí- li- o, cum Sancto Spí-



ri-tu, in saécu-la saecu-ló- rum. Á- men.

## PRO GRATIARUM ACTIONE.

Tonus solemnis.



3. TE De- um laudá-mus : * te Dómi-num confi-



té- mur. Te aetérnum Patrem omnis terra ve-ne-


rá- tur. Ti-bi omnes Ange- li, ti-bi cae-li et
u-nivérsae pot-está- tes : Ti-bi Ché-ru-bim et Sé-ra-
phim incessá-bi- li vo-ce proclá- mant : Sanctus :
Sanctus : Sanctus Dómi-nus De- us Sá-ba- oth.
Ple-ni sunt cae-li et terra ma-jestá-tis gló-ri- ae
tu- ae. Te glo-ri- ó-sus Aposto-ló-rum cho-
rus : Te Prophe- tá-rum laudá-bi- lis núme- rus :
Te Márty-rum candi-dá-tus laudat ex-érci- tus.


Te per orbem terrá-rum sancta confi- té-tur Ecclé-
si- a : Pa-trem imménsae ma-jestá- tis : Ve-ne-
rándum tu- um ve-rum, et ú-ni-cum Fí- li- um : San-
ctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu Rex glό-
ri-ae, Chri-ste. Tu Patris sempi-térnus es Fí- li- us.
Tu ad li-be-rándum susceptú-rus hó- mi- nem, non
horru- ísti Vír-gi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mortis
a-cú-le- o, a-pe-ru- ísti cre-dénti-bus regna cae-


ló- rum. Tu ad déxte-ram De- i se- des, in gló-
ri- a Pa-tris. Judex cré-de-ris es-se ventú- rus.
Te ergo quaésumus, tu- is fámu-lis súbve- ni,
quos pre- ti- ó-so sánguine red-emí- sti. Aetérna
fac cum sanctis tu- is in gló-ri- a nume-rá- ri.
Salvum fac pópu-lum tu- um Dómi-ne, et bé-ne-dic
he-re- di-tá-ti tu- ae. Et re-ge e- os, et ex-
tól-le il-los usque in aetér- num. Per síngu-los


di- es, be-ne-dí-cimus te. Et laudámus nomen
tu-um in saé-cu- lum, et in saécu-lum saécu-li.
Digná-re Dómi-ne di- e i-sto si-ne peccá-to nos
custo-dí- re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi- ne, mi-se-
ré-re nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne
su-per nos, quemádmo-dum spe-rá-vimus in te.
In te Dó-mi-ne spe-rá- vi : non confúndar in
aetér- num.

## Tonus simplex.




tu- ae. Te glo-ri- ó-sus Aposto-ló-rum cho- rus :
Te Prophe-tá-rum laudábi- lis núme-rus : Te Márty-
rum candi-dá-tus laudat exérci-tus. Te per orbem
terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si- a : Pa-trem
imménsae ma-jestá- tis : Ve-ne-rándum tu- um ve-
rum et ú-ni-cum Fí- li- um : Sanctum quoque
Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-ae, Chri-ste.
Tu Patris sempi-térnus es Fí- li- us. Tu ad li-be-


rándum susceptú-rus hómi-nem, non horru- ísti Vír-
gi-nis ú-te-rum. Tu de-vícto mortis acú-le- o, ape-
ru- ísti cre-dénti-bus regna caeló- rum. Tu ad déxte-
ram De- i se-des, in gló-ri- a Pa-tris. Judex cré-
de-ris esse ventú-rus. Te ergo quaésumus, tu- is
fámu-lis súbve-ni, quos pre-ti- ó-so sánguine red-e-
mí-sti. Aetérna fac cum Sanctis tu- is in gló-
ri- a nume-rá- ri. Salvum fac pópu-lum tu- um Dó-


mi-ne, et bé-ne-dic he-re-di-tá-ti tu- ae. Et
re-ge e- os, et extól-le il-los usque in
aetér- num. Per síngu-los di- es, be-ne-dí-cimus te.
Et laudámus nomen tu- um in saécu-lum, et in saé-
cu-lum saécu- li. Digná-re Dómi-ne di- e isto
si-ne peccá-to nos custo-dí- re. Mi-se-ré-re nostri
Dómi-ne, mi-se-ré- re nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi- a
tu- a Dómi-ne super nos, quemádmodum spe-rá-vi-







℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu. * ℟. Laudémus, et superexaltémus eum in saécula.

℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto caeli.

℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, cujus misericórdiae non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus : † piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; * ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praémia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

* *His* ℣℣. *et* ℟℟. *Tempore Paschali non additur* Allelúia.

## LITANIAE, PRECES ET ORATIONES
### quae dici debent in Expositione XL Horarum in alma Urbe.



K Y-ri- e e-lé- i-son. ij. Christe e-lé- i-son. ij.



Ký-ri- e e-lé- i-son. ij. Christe audi nos. ij. Christe



exáudi nos. ij.



Pa-ter de cae- lis De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Fi-li Red- émptor mundi De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Spíri- tus San-cte De- us, mi-se-ré-re no-bis.
Sancta Trí-ni- tas unus De- us, mi-se-ré-re no-bis.



Sancta Ma-rí- a, o-ra pro no-bis.



Sancta De- i Gé-ni-trix, o-ra pro no-bis.
Sancta Virgo Vírgi-num, o-ra pro no-bis.



Sancte Mí-cha-el, ora pro nobis. *vel:* Sancte Mí-cha- el,
Sancte Gá-bri-el, ora pro nobis. *vel:* Sancte Gá-bri- el,
Sancte Rápha-el, ora pro nobis. *vel:* Sancte Rápha- el,



Omnes sancti Ange-li et Archánge-li, o-rá-te
Omnes sancti beatórum Spiríttuum ór-di-nes, o-rá-te



pro no-bis.
pro no-bis.



Sancte Jo-ánnes Baptísta, o-ra pro no-bis.



Sancte Jo-seph, o-ra pro no-bis. *vel:* Sancte Jo-seph,



Omnes sancti Patri- árchae et Prophétae, o-rá-te



pro no-bis.



Sancte Petre, o-ra pro no-bis.

Sancte Paule, ora pro nobis.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomaée, ora.
Sancte Matthaée, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddaée, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelístae, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.
Sancti Joánnes et Paule, oráte.
Sancti Cosma et Damiáne, oráte.
Sancti Gervási et Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessóres, oráte.
Omnes sancti Doctóres, oráte.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Sacerdótes et Levítae, oráte.
Omnes sancti Mónachi et Eremítae, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Caecília, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctae Vírgines et Víduae, oráte.
Omnes Sancti et Sanctae Dei,
intercédite pro nobis.



Pro-pí- ti- us esto, parce no-bis Dómi-ne.
Pro-pí- ti- us esto, exáu-di nos Dómi-ne.
Ab omni ma-lo, lí-be- ra nos Dómi-ne.

Ab omni peccáto, líbera nos Dómine.
Ab ira tua, líbera nos Dómine.
Ab imminéntibus perículis, líbera nos Dómine.
A flagéllo terraemótus, líbera nos Dómine.
A peste, fame, et bello, líbera nos Dómine.
A subitánea et improvísa morte, líbera nos Dómine.
Ab insídiis diáboli, líbera nos Dómine.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, líbera nos Dómine.
A spíritu fornicatiónis, líbera nos Dómine.
A fúlgure et tempestáte, líbera nos Dómine.
A morte perpétua, líbera nos Dómine.
Per mystérium sanctae incarnatiónis tuae, líbera nos Dómine.
Per advéntum tuum, líbera nos Dómine.
Per nativitátem tuam, líbera nos Dómine.
Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum, líbera nos Dómine.
Per crucem et passiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per mortem et sepultúram tuam, líbera nos Dómine.
Per sanctam resurrectiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per admirábilem ascensiónem tuam, líbera nos Dómine.
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, líbera nos Dómine.
In die judícii, líbera nos Dómine.



Pecca-tó-res, te rogámus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogámus audi nos.



Ut no-bis indúlge- as, te rogámus audi nos.

Ut ad veram paeniténtiam nos perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut Domnum Apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines ’ in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus.
Ut inimícos sanctae Ecclésiae humiliáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis ’ pacem et veram concórdiam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno ’ pacem et unitátem largíri dignéris, te rogámus audi nos.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiae revocáre, ’ et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio ’ confortáre et conserváre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut mentes nostras ad caeléstia desidéria érigas, te rogámus audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, te rogámus audi nos.
Ut ánimas nostras, ’ fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ’ ab aetérna damnatióne erípias, te rogámus audi nos.
Ut fructus terrae dare et conserváre dignéris, te rogámus.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis ’ réquiem aetérnam donáre dignéris, te rogámus audi nos.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus audi nos.
Fili Dei, te rogámus audi nos.



Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta mundi, parce


no-bis Dómi-ne. Agnus De- i, qui tol-lis peccá- ta
mundi, exáudi nos Dómi-ne. Agnus De- i,
qui tol-lis peccá- ta mundi, mi-se-ré-re no-bis. Chri-
ste audi nos. Christe ex-áudi nos. Ký-ri- e e-lé- i-
son. Christe e-lé- i-son. Ký-ri- e e- lé- i-son.
Pa-ter noster. secreto. ℣. Et ne nos indú-cas in tenta-
ti- ó-nem. ℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.
Ps. 69.
DE-us in adju-tó-ri- um me- um inténde : *



Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na.

2. Confundántur et revereántur, * qui quaerunt ánimam meam.

3. Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt mihi mala.

4. Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

5. Exsúltent et laeténtur in te omnes qui quaerunt te : * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt salutáre tuum.

6. Ego vero egénus et pauper sum : * Deus ádjuva me.

7. Adjútor meus et liberátor meus es tu : * Dómine ne moréris.

8. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

9. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperántes in te.

℣. Esto nobis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

℣. Orémus pro Pontífice nostro *N.*
℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, † et beátum fáciat eum in terra, * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Orémus pro benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignáre Dómine, † ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, * vitam aetérnam. Amen.

℣. Orémus pro fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, * et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos, * Deus meus, sperántes in te.

℣. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.

℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuae memóriam reliquísti : † tríbue, quaésumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári; * ut redemptiónis tuae fructum in nobis júgiter sentiámus.

*Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini :*

DEus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti : † praesta supplícibus tuis; * ut, qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur.

*A Nativitate usque ad Purificationem :*

DEus, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte fecúnda, humáno géneri praémia praestitísti : † tríbue, quaésumus; ut ipsam pro nobis intercédere sen-

tiámus, * per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

*A Purificatione usque ad Adventum Domini, etiam tempore Paschali :*

COncéde nos fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : † et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, * a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia.

OMnípotens, sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.*, † et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salútis aetérnae : * ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

DEus, refúgium nostrum, et virtus : † adésto piis Ecclésiae tuae précibus, auctor ipse pietátis, et praesta; * ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur.

OMnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praenóscis : † te súpplices exorámus; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel praesens saéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, * intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuae cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Exáudiat nos omnípotens et mísericors Dóminus.
℟. Et custódiat nos semper. Amen.
℣. Fidélium ánimae per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

## IN VENERATIONE S. CRUCIS.

### 1. Vexilla Regis.




De- us. 4. Arbor de-córa et fúl-gi-da, Orná-ta
Re- gis púrpu-ra, E-lécta digno stí- pi- te Tam
san- cta membra tánge-re. 5. Be- á- ta, cu- jus brá-
chi- is Saecli pe-péndit pré-ti- um, Sta-tê-ra facta
Hic genuflectitur.
córpo- ris, Prae-dámque tu- lit tárta- ri. 6. O Crux
ave, spes ú- ni-ca, Hoc Pas- si- ó- nis témpo-re
In Festo Inventionis S. Crucis : In hoc Paschá- li gáu-di- o
In Festo Exaltationis S. Crucis : In hac tri- úmphi gló- ri- a
Auge pi- is justí- ti- am, Re- ís- que dona vé-




## 2. Crucem tuam.



℣. Adorámus te Christe et benedícimus tibi. (*T. P.* Allelúia.)

℟. Quia per Crucem tuam redemísti mundum. (*T. P.* Allelúia.)

Orémus.

PErpétua nos, quaésumus Dómine, pace custódi : * quos per lignum sanctae Crucis redímere dignátus es. Per Christum Dóminum nostrum.

## COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

### In I. Vesperis.

#### Hymnus.

8.



DE- us, tu- ó-rum mí- li-tum Sors, et co-ró-na,



praémi- um, Laudes ca-néntes Márty-ris Absólve



ne-xu crími-nis. 2. Hic nempe mundi gáu-di- a, Et



blandiménta nó-xi- a Ca-dú-ca ri- te dépu-tans,


Pervé-nit ad cae-lésti- a. 3. Poenas cu-cúrrit fór-ti-
ter, Et sústu-lit vi- rí- li-ter, Pro te ef-fúndens
sángui-nem, Aetérna do-na póssi-det. 4. Ob hoc
pre-cá-tu súppli-ci Te pó-scimus, pi- íssime:
In hoc tri- úmpho Márty-ris Dimít-te no- xam
sérvu-lis. 5. Laus et per-énnis gló- ri- a De- o Pa-
tri, et Fí- li- o, Sancto si-mul Pa-rácli-to,
In sempi- térna saécu-la. A-men.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine.
℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

### Ad Magnificat, Antiphona.




## In II. Vesperis.

℣. Justus ut palma florébit.
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

### Ad Magnificat, Antiphona.





ípsum, et tollat cru-cem su- am, et sequá-tur me.



E u o u a e.

---

## COMMUNE PLURIMORUM MARTYRUM.

### In I. Vesperis.

#### Hymnus.

2.



S Anctó-rum mé-ri-tis íncly-ta gáudi- a



Pangámus só-ci- i, géstaque fórti- a : Nam gliscit



á-nimus próme-re cánti-bus Victó-rum genus ópti-



mum. 2. Hi sunt quos ré- ti-nens mundus inhórru- it :


Ipsum nam sté-ri- li flo-re per-á-ri-dum Sprevé-re
pé-ni-tus, teque se-cú-ti sunt, Rex Christe bo-ne
caé-li-tus. 3. Hi pro te fú-ri- as, atque fe-ró-ci- a
Calcá-runt hóminum, saévaque vérbe-ra : Cessit his
lá-ce-rans fórti-ter úngu-la, Nec carpsit pe-netrá-
li- a. 4. Caedúntur glá-di- is mo-re bi-dénti- um :
Non murmur ré-sonat, non que-rimó-ni- a; Sed corde
tá-ci-to mens be-ne cónsci- a Consérvat pa-ti- én-




℣. Laetámini in Dómino, et exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

### Ad Magnificat, Antiphona.

8. g



I -stó-rum est e-nim * regnum caeló- rum,



qui contempsé- runt vi-tam mundi, et perve-né-runt



ad praémi- a regni, et lavé-runt sto-las su- as



in sán-gui-ne Agni. E u o u a e.

## In II. Vesperis.

℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Laetabúntur in cubílibus suis.

### Ad Magnificat, Antiphona.

6. F



G Audent in cae- lis * á-nimae sanctó- rum,



qui Chri- sti vestí- gi- a sunt se- cú- ti; et qui-a



pro e-jus amó-re sánguinem su- um fu- dé- runt,



íd-e- o cum Chri-sto exsúl-tant si-ne fi-ne.



E u o u a e.

## COMMUNE CONFESSORIS PONTIFICIS.

### In I. Vesperis.

**1. Tonus in Festis Simplicibus et Semiduplicibus.**

Hymn. 8.



I-ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa



plebs cu-jus cé-lebrat per or-bem, Hó- di- e lae- tus
*Si non est dies obitus dicatur :* Hac di- e lae- tus



mé-ru- it se-cré-ta Scánde- re cae-li. 2. Qui pi- us,
mé-ru- it suprémos Laudis ho-nó-res.


pru-dens, húmi-lis, pu-dí-cus, Sóbri- us, castus fu- it
et qui- é- tus, Vi-ta dum prae- sens vege-tá-vit
e-jus Córpo-ris artus. 3. Ad sacrum cu-jus túmu-
lum frequén-ter, Membra languéntum modo sa-ni-
tá- ti, Quó-li-bet mor- bo fú- e-rint gravá- ta,
Resti-tu- úntur. 4. Unde nunc noster cho-rus in ho-
nó-rem Ipsí- us, hymnum ca-nit hunc li-bén-ter;
Ut pi- is e- jus mé- ri- tis juvémur Omne per



aevum. 5. Sit sa-lus il-li, de-cus atque vir-tus,



Qui supra cae-li ré-si-dens ca-cú-men, Tó-ti- us mun-



di máchi-nam gubérnat Tri-nus et unus. A-men.

## 2. In Festis Duplicibus.

Hymn. 8.



I - ste Conféssor Dómi-ni sacrâ-tus, Festa



plebs cu-jus cé- lebrat per orbem, Hó- di- e lae-tus
*Si non est dies obitus* : Hac di- e lae-tus



mé-ru- it se-cré- ta Scánde- re cae- li.
mé-ru- it suprémos Laudis ho- nó- res.

### 3. Pro Doctoribus.

Hymn.
8.



I - ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Fe- sta



plebs cu- jus cé-lebrat per orbem, Hó- di- e lae-tus
*Si non est dies obitus :* Hac di- e lae-tus



mé-ru- it se-cré- ta Scánde- re cae- li.
mé-ru- it supré- mos Laudis ho- nó- res.

**In Festis Duplicibus Majoribus,** *ut infra in Comm. Conf. non Pontificis.*

### 4. In Festis Solemnibus.

Hymn.
I.



I -ste Confés-sor Dómi-ni sacrá-tus, Festa



plebs cu- jus cé- lebrat per orbem, Hó- di- e lae-tus
*Si non est dies obitus :* Hac di- e lae-tus



mé-ru- it se-cré- ta  Scánde- re cae- li.
mé-ru- it supré-mos  Laudis ho- nó- res.

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriae índuit eum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



SAcérdos et Pónti- fex, * et virtútum ó-pi-



fex, pastor bone in pó-pu-lo, o-ra pro no-



bis Dómi-num. E u o u a e.

## In II. Vesperis.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

### Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



A-má-vit e- um Dómi-nus, * et orná- vit



e- um : sto-lam gló-ri-ae índu-it e-um : et



ad portas pa-ra-dí- si co-roná-vit e- um.



E u o u a e.

---

## PRO DOCTORIBUS.

### In utrisque Vesperis, ad Magnif. Antiphona.

2. D



O Doctor ó-ptime, * Ecclé-si-ae sanctae



lumen, be- á-te *N.*, di-vínae le-gis amá-



tor, depre-cá-re pro no-bis Fí- li- um De- i.



*T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

## Nomina Doctorum Ecclesiae.



Be- da. Ambró- si. Cy-ríl- le.
Ephraem. An- sélme. Francí-sce.
Le- o. Ba- sí- li. Gre-gó- ri.
Pe- tre. Ber- nárde.
Tho- ma.



Hi-lá- ri. Atha-ná-si. Hieró-nyme.
Jo- ánnes. Augu-stí-ne. I-si-dó- re.
Le- ánder.



Bo-na-ventú-ra. Petre Chry-só- lo-ge.



Alphónse Ma-rí- a. Jo- ánnes Chrysóstome.

## COMMUNE CONFESSORIS NON PONTIFICIS.

### In I. Vesperis.

**1. Tonus in Festis Duplicibus minoribus.**

Hymn. I.



I-ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa



plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hó- di- e laetus
*Si non est dies obitus :* Hac di- e laetus



mé-ru- it secré-ta Scánde- re cae-li. 2. Qui pi- us, pru-
mé-ru- it suprémos Lau-dis ho- nó-res.



dens, húmi- lis, pu-dí-cus, Sóbri- us, castus fu- it et



qui- é-tus, Vi-ta dum praesens vege-távit e-jus Córpo-



ris artus. 3. Ad sacrum cu-jus túmu-lum frequénter,


Membra languéntum modo sani-tá-ti, Quó- li-bet
morbo fú- e-rint gravá-ta, Resti-tu- úntur. 4. Unde
nunc noster cho-rus in honó-rem Ipsí- us, hymnum
ca-nit hunc libénter; Ut pi- is e-jus mé-ri-tis juvé-
mur Omne per aevum. 5. Sit sa-lus il- li, de-cus
atque virtus, Qui supra cae-li ré- si-dens cacú-
men, Tó-ti- us mundi máchi-nam gubérnat Tri-
nus et u-nus. A-men.

### 2. Tonus in Festis Duplicibus majoribus.

Hymn.
1.



I - ste Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Fe-



sta plebs cu-jus cé- lebrat per orbem, Hó- di- e
*Si non est dies obitus :* Hac di- e



laetus mé- ru- it secré- ta Scán- de- re cae- li.
laetus mé- ru- it suprémos Lau- dis ho- nó- res.

**In Festis Simplicibus et Semiduplicibus, in Festis Solemnibus et in Festis Doctorum,** *utendum est tonis supra positis in Communi Conf. Pontificis.*

℣. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.
℟. Stolam glóriae índuit eum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

1. J



S Imi- lábo e- um * vi-ro sa- pi- én-ti,







## Ad Benedictus, Antiphona.













## In II. Vesperis.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi regnum Dei.

### Ad Magnificat, Antiphona.




## COMMUNE VIRGINUM.

### In I. Vesperis.

#### Hymnus.




cho-ré- is Vírgi-num, Sponsus de-có-rus gló-ri- a,
Sponsísque reddens praémi- a. 3. Quocúmque pergis,
Vírgi-nes Sequúntur, atque láudi-bus Post te
ca-néntes cúrsi- tant, Hymnósque dulces pérso-nant.
4. Te depre-cámur lárgi- us, Nostris adáuge sén-si-
bus, Nescí-re prorsus ómni- a Corrupti- ó-nis vúl-
ne- ra. 5. Laus, ho-nor, vir-tus, gló-ri- a De- o Patri,



et Fí- li- o, Sancto simul Pa-rá-cli-to, In saecu-



ló-rum saécu-la. A-men.

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

### Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



VEni sponsa Christi, * ácci-pe co-ró-nam



quam ti-bi Dómi-nus praepa-rávit in aetérnum.

al-le-lu-ia



E u o u a e.

## In II. Vesperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

7. c



VEni sponsa Chri-sti, * ácci-pe co-ró-nam



quam ti- bi Dómi-nus praepa-rávit in aetérnum.



E u o u a e.

## COMMUNE NON VIRGINUM.

### In I. Vesperis.

#### Hymnus.

2.



FOrtem vi- rí- li pécto-re Laudémus omnes



fémi-nam, Quae sancti- tá-tis gló-ri- a U-bíque



fulget íncly-ta. 2. Haec Christ*i* a-mó-re sáuci- a,



Dum mund*i* amó-rem nó-xi- um Horréscit, ad cae-



lésti- a I-ter per-é-git árdu- um. 3. Carnem do-




℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, et regna.

### Ad Magnificat, Antiphona.




## In II. Vesperis.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

### Ad Magnificat, Antiphona.



# TONI PSALMI INVITATORII

## Tonus 2.




sunt omnes fi-nes terrae, et alti-tú-di-nes món-
ti- um ipse cónspi- cit.
Quóni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit
illud, et á-ri-dam fundavé- runt manus e-jus :
ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a
ipse est Dómi- nus De- us noster : nos autem pó-
pu-lus e-jus, et oves páscu-ae e- jus.


Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te
obdu-rá- re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-
ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-
to : u-bi tentavé-runt me patres vestri, pro-
bavé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a.
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-
de : ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as,



quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt



in réqui- em me- am.



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San-



cto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et sem-



per, et in saécu-la saecu-ló-rum. A- men.

## Tonus 3.



VE- ní- te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-



lémus De- o sa-lu-tá-ri nostro : prae-occupémus fá-


ci- em e-jus in confessi- óne, et in psalmis
ju-bi- lémus e- i.
Quó- ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex
magnus super omnes de- os : quóni- am non repél-let
Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus
sunt omnes fi-nes terrae, et alti- tú-di-nes món-
ti- um i- pse cónspi- cit.
Quó- ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit


il-lud, et á-ri-dam fundavé-runt manus e-jus :
ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse
est Dómi-nus De- us noster : nos autem pópu-lus
e-jus, et oves pá- scu- ae e- jus.
Hó- di- e si vo-cem e-jus audi- é- ri- tis, no-lí-
te obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-
ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-


to : u-bi tentavé-runt me patres vestri, pro-ba-
vé-runt et vi-dé-runt ó- pe-ra me- a.
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant corde :
ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as, quibus
ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt in
ré- qui- em me- am.
Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i



Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc,



et semper, et in saécu-la saecu- ló-rum.



A-men.

## Tonus 4. g



V E-ní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lémus



De- o sa-lu-tá-ri nostro : prae-occu-pémus fá-ci- em



e-jus in confessi- ó-ne, et in psalmis ju-bi-



lémus e- i.


Quó- ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex
magnus super omnes de- os : quóni- am non re- péllet
Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus
sunt omnes fi-nes terrae, et alti- tú-di-nes món-
ti- um i- pse cónspi- cit.
Quó- ni- am ipsí- us est ma- re, et ipse fe- cit
il-lud, et á-ri-dam fundavé-runt manus e- jus :
ve-ní-te, ado- rémus, et pro- ci-dámus ante De- um :


plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a
ipse est Dómi-nus De- us noster : nos autem
pópu-lus e-jus, et oves pá- scu-ae e- jus.
Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te
obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-
ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-
to : u-bi tentavé-runt me patres vestri, pro-ba-
vé-runt, et vi-dé-runt ó- pe-ra me- a.


Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-
de : ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as,
quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt
in ré- qui- em me- am.
Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-tu- i San-
cto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et sem-
per, et in saécu-la saecu- ló-rum. A- men.

## Tonus 4. E


VE-ní-te, exsultémus Dómi- no, ju-bi-lémus
De- o sa-lu- tá-ri nostro : prae-occupémus fá-ci- em
e- jus in con- fessi- ó-ne, et in psalmis
ju-bi-lémus e- i.
Quóni- am De- us magnus Dómi- nus, et Rex ma-
gnus super omnes de- os : quóni- am non repél-let
Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus


sunt omnes fi-nes terrae, et al-ti-tú-di-nes món-
ti- um ipse cónspi- cit.
Quóni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit
il- lud, et á-ri-dam fundavé-runt manus e-jus :
ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe- cit nos : qui- a
ipse est Dómi-nus De- us noster : nos autem
pópu-lus e-jus, et oves páscu- ae e- jus.


Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri- tis, no-lí-te
obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-
ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-
sér- to : u-bi tentavé-runt me patres vestri,
pro-bavé-runt, et vi-dé-runt ópe-ra me- a.
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant
corde : ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as


me- as, quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si
intro- í-bunt in réqui- em me- am.
Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i
Sancto. Sic-ut e-rat in prin-cí-pi- o, et nunc,
et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. A- men.

## Tonus 4. d


VE-ní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-
lémus De- o sa-lu-tá-ri nostro : prae- occupémus fá-


ci- em e-jus in confessi- ó-ne, et in psalmis
ju-bi-lémus e- i.
Quóni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex
magnus super omnes de- os : quóni- am non repél-let
Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus
sunt omnes fi-nes terrae, et alti-tú-di-nes món-
ti- um ipse cónspi- cit.
Quóni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit


illud, et á-ri-dam fundavé-runt manus e-jus :
ve-ní- te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse
est Dómi-nus De- us noster : nos autem pópu-lus
e-jus, et oves páscu- ae e- jus.
Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis,
no-lí-te obdu-rá-re corda vestra, sic- ut in exa-
cerba-ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in


de-sérto : u-bi tentavé-runt me patres vestri,
pro-bavé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a.
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-
de : ipsi ve-ro non cognové-runt vi-as me-as,
quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt
in réqui- em me- am.
Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i


Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et
semper, et in saécu-la saecu-ló- rum. A- men.

## Tonus 5.


V
E-ní-te exsultémus Dómi-no, ju-bi-
lémus De- o sa- lu- tá- ri nostro : prae-occu-pémus
fá- ci- em e-jus in confessi- ó- ne, et in psal-
mis ju-bi- lémus e- i.
Quóni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex


magnus su-per omnes de- os : quóni- am non re-péllet
Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus
sunt omnes fi-nes ter- rae, et alti-tú-di-nes món-
ti- um i- pse cónspi- cit.
Quóni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit
il-lud, et á-ri-dam fundavé- runt manus e-jus :
ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse


est Dómi- nus De- us no- ster : nos autem pópu-lus
e-jus, et oves pá- scu- ae e- jus.
Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é- ri- tis,
no- lí- te obdu- rá- re corda vestra, sic-ut in exa-
cerba-ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in
de- sérto : u-bi tentavé- runt me patres ve-
stri, proba-vé-runt, et vi- dé-runt ó- pe- ra
me- a.


Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-
de : ipsi ve- ro non cognové-runt vi- as me- as,
quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-
bunt in ré- qui- em me- am.
Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i
Sancto. Sic-ut e- rat in princí-pi- o, et nunc,


et sem- per, et in saécu- la saecu- ló- rum.
A- men.

## Tonus 6.


V E-ní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi- lémus
De- o sa-lu- tá- ri nostro : prae-oc-cupémus fá-ci- em
e-jus in con-fes-si- ó-ne, et in psalmis
ju-bi- lémus e- i.
Quóni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex ma-


gnus super omnes de- os : quóni- am non re-péllet
Dómi-nus ple-bem su- am, qui-a in manu e-jus
sunt omnes fi- nes terrae, et alti- tú-di-nes món-
ti- um ipse cónspi-cit.
Quóni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit
il-lud, et á-ri-dam fundavé-runt ma-nus e-jus :
ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo- rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a


ipse est Dómi-nus De- us noster : nos autem pó-
pu-lus e-jus, et oves páscu- ae e-jus.
Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri- tis, no- lí-te
obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-ti- ó-
ne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto :
u-bi tentavé-runt me pa-tres vestri, pro-bavé-runt,
et vi-dé-runt ó-pe- ra me- a.
Quadra-gínta annis próximus fu- i ge-ne-ra-ti- ó-


ni hu- ic, et di-xi : Semper hi er-rant corde :
ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as, quibus
ju- rá-vi in i- ra me- a, si intro- í-bunt in ré-
qui- em me- am.
Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San-
cto. Sic-ut e-rat in prin- cí-pi- o, et nunc, et sem-
per, et in saécu-la saecu-ló- rum. Amen.

## Tonus 7.


V E-ní- te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lé-
mus De- o sa-lu-tá-ri no-stro : prae-occupémus fá-ci- em
e-jus in confessi- ó- ne, et in psalmis ju-bi-
lé-mus e- i.
Quó- ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex
magnus super omnes de- os : quó-ni- am non repél-
let Dómi-nus plebem su- am, qui- a in manu e-jus


sunt omnes fi-nes ter- rae, et alti-tú-di-nes món-
ti- um i-pse cónspi-cit.
Quó- ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit
il-lud, et á-ri-dam fundavé-runt manus e- jus : ve-
ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um : plo-
rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse
est Dómi-nus De- us no- ster : nos autem pópu-lus
e-jus, et oves páscu- ae e-jus.


Hó- di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-
te obdu-rá-re córda ve-stra, sic-ut in exa-cerba-
ti- óne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-
to : u-bi tentavé-runt me patres ve- stri, pro-ba-
vé-runt et vi-dé-runt ó- pe- ra me- a.
Quadra-gín- ta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-
de : ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as,



quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt



in réqui- em me- am.



Glό- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-



cto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et sem-



per, et in saécu-la saecu- ló- rum. Amen.

# INVITATORIA

## PROPRIUM DE TEMPORE.

### A Dominica I. Adventus usque ad Dominicam III.

5.



R Egem ventú-rum Dó- mi- num,



* Ve-ní- te ad-o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní- te. 392.

### A Dominica III. Adventus usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

4. d



P Ro- pe est jam Dó-mi-nus, * Ve- ní- te



ad- o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 388.

### In Vigilia Nativitatis Domini.

4. d



H O- di- e sci- é-tis, qui- a vé- ni- et Dó-




## IN NATIVITATE DOMINI.




## 26. Dec. S. Stephani, Protomartyris.




**In Circumcisione Domini.** *Ut in die Nativitatis, ut supra.*

## IN EPIPHANIA DOMINI.

(JUXTA RITUM MONASTICUM.)

4. g







## Dominicis in Septuagesima, Sexagesima et Quinquagesima.

7.










*In primo Versu Psalmi omittitur* Praeoccupémus fáciem ejus, *etc., et ejus loco repetitur a Choro Invitatorium.*

## Dominicis Quadragesimae.




*Ps.* Veníte. 400.

## Tempore Passionis, in Dominicis et Feriis.

(Usque ad Feriam V. in Cœna Domini.)



*In Psalmo*, Hódie si vocem. *omittitur, et repetitur a Choro Invitatorium : deinde sequitur* Sicut in exacerbatióne.

*In fine hujus Psalmi non dicitur* Glória Patri. *hoc tempore Passionis, nisi in Festis; sed repetitur Invitatorium totum, ut alias, in fine.*

## DOMINICA RESURRECTIONIS

ET PER TOTAM OCTAVAM.

6.



SUrré- xit Dómi- nus ve- re, * Al- le-



lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 396.

## Tempore Paschali.

**Ab Octava Paschae usque ad diem Ascensionis.**

**In Dominicis,** *ut in Dominica Resurrectionis.*

**In Feriis.**

6.



ALle-lú- ia, alle-lú- ia, * Al-le- lú- ia.
*Ps.* Veníte. 396.

## IN ASCENSIONE DOMINI.

5.



AL- le-lú- ia, Christum Dómi-num



ascendéntem in cae-lum, * Ve- ní-te ado-rémus, al-



le- lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 392.

## IN FESTO PENTECOSTES.

5.



A L- le-lú- ia, Spí- ri-tus Dómi-ni



replé-vit orbem terrá-rum : * Ve- ní-te ado-ré-mus,



al-le- lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 392.

## In Festo Ss. Trinitatis.

4. E



D E- um ve- rum, unum in Tri-ni- tá- te,




## IN FESTO CORPORIS CHRISTI.



# PROPRIUM SANCTORUM.

## 8. Dec. Immaculatae Conceptionis B. M. V.




*Ps.* Veníte. 374.

Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam.

## Festum Sanctissimi Nominis Jesu.




*Ps.* Ve-ní-te. II 392.

Die 2. Februarii.

## In Purificatione B. Mariae V.




Die 19. Martii.

## S. Joseph, Sponsi B. Mariae V.





ad- o-ré- mus. *T. P.* Alle- lú- ia. *Ps.* Veníte. 400.

## 25. Mart. In Annuntiatione B. Mariae V.

7.



A - ve Ma- rí- a, grá- ti- a ple-



na : * Dó-mi-nus te- cum. *T. P.* Alle-



lú- ia. *Ps.* Ve-ní- te. 400.

Feria VI. post Dominicam Passionis.

## In Festo Septem Dolorum B. Mariae V.

2.



D O-ló- res glo-ri- ó- sae re-co-léntes Vír-



gi-nis, Dó- mi-num pro no-bis pas- sum, * Ve-




Feria IV. infra Hebdom. III. post Pascha.

## In Solemnitate Sancti Joseph.




## 3. Maii. Festum Inventionis Sanctae Crucis.

Tempore Paschali.



Extra Tempus Paschale.




Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi.

## Sacratissimi Cordis Jesu.




## 24. Jun. In Nativitate S. Joannis Baptistae.



Die 1. Julii.

## Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

4. E



CHristum De- i Fí- li- um, qui su- o nos



red-émit sángui-ne, * Ve- ní-te ad- o-ré-



mus. *Ps.* Ve-ní-te. 385.

## 2. Julii. In Visitatione B. Mariae V.

2.



VI-si-ta-ti- ó- nem Vírgi- nis Ma-rí- ae



ce-lebré- mus : * Christum e- jus Fí- li- um



ad-o-ré- mus Dó- mi-num. *Ps.* Ve-ní-te. 374.

## 6. Aug. Transfiguratio D. N. J. C.

7.



S Ummum Re- gem gló- ri- ae



* Chri- stum ad- o-ré-mus. *Ps.* Ve-ní- te. 400.

## 10. Aug. S. Laurentii Martyris.

4. E



B E- á- tus Lau-rénti- us Chri- sti mar- tyr



tri- úmphat co-ro-ná- tus in cae-lis, * Ve-ní- te



ad-o-rêmus Dó-mi-num. *Ps.* Ve-ní-te. 385.

Die 15. Augusti.

## IN ASSUMPTIONE B. MARIAE V.

4. E



V E-ní- te ad-o-rêmus Re-gem re-gum : * Cu-



jus hó- di- e ad aethé- re- um Virgo Ma- ter



assúmpta est cae-lum. *Ps.* Ve-nı-te. 385.

## 8. Sept. In Nativitate B. Mariae V.

2.



N A-ti-vi- tá- tem Vírgi- nis Ma-rí- ae



ce- lebré- mus: * Christum e- jus Fí- li- um



ad-o-ré- mus Dó- mi-num. *Ps.* Ve-ní-te. 374.

## 14. Sept. In Exaltatione Sanctae Crucis.

4. d



C Hristum Regem pro no-bis in Cru- ce




*Ps.* Veníte. 388.

Die 15. Septembris.

## Festum Septem Dolorum B. Mariae V.




Die 7. Octobris.

## In Solemnitate Ss. Rosarii B. Mariae V.






*Ps.* Veníte. 374.

Dominica ultima Octobris.

## IN FESTO D. N. JESU CHRISTI REGIS.




Die 1. Novembris.

## IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.



# COMMUNE SANCTORUM.

## In Festis Apostolorum et Evangelistarum.

Extra Tempus Paschale.




Tempore Paschali.




## In Festis Martyrum.

Extra Tempus Paschale.





ad- o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 388.

Tempore Paschali.

6.



E Xsúl- tent in Dómi- no Sancti, * Al-le-



lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 396.

## In Festis Confessorum.

Extra Tempus Paschale.

4. d



R E- gem Confessó-rum Dó-mi-num * Ve- ní-



te ad- o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 388.

Tempore Paschali.

6.



R E- gem Confessó-rum Dómi-num, * Ve-ní-te



ad- o-ré- mus, al-le- lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 396.

## In Festis Virginum.

### Extra Tempus Paschale.

5.


R Egem Vírgi-num Dó- mi- num * Ve-

the virgins who fol- lowed Him, Come



ní- te ad- o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 392.

let us worship the Lamb.

### Tempore Paschali.

6.


R E- gem Vírgi-num Dómi-num, * Ve-ní- te



ad- o-ré- mus, al-le- lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 396.

## In Festis Non Virginum.

2.


L Audé- mus De- um no-strum * In Con- fes-



Mo-ni-cae

si- ó- ne be- á- tae *N.* *T. P.* Alle-



lú- ia. *Ps.* Ve-ní-te. 374.

### Nomina Sanctarum Mulierum.



be- á- tae Fran-císcae. be- á- tae Marga- rí-tae.
Mó- ni-cae. Ra-de- gúndis.
Hedwí- gis. E- lí- sa-beth.



be- á- tae An- nae. be- á-tae Jo- án-nae Francíscae.

## In Dedicatione Ecclesiae.

7.



D O-mum De- i de-cet san- cti- tú-



do : * Spon-sam e-jus Chri- stum ad-



o-ré- mus in e- a. *T. P.* Alle- lú- ia.
*Ps.* Veníte. 400.

## In Festis B. Mariae V. per Annum.

7.



SAncta Ma-rí- a, De- i Gê-nitrix Vir-



go, * Intercé- de pro no- bis.



*T.P.* Alle- lú- ia. *Ps.* Ve-ní- te. 400.

## In Officio B. Mariae V. in Sabbato

### et in Officio Parvo.

*Invitatorium.* Ave María. *ut in Annuntiatione*, 413.

## In Festis Archangelorum et Angelorum.

### Extra Tempus Paschale.

3.



REgem Archange- ló- rum Dó- mi-
Ange- ló- rum



num, * Ve- ní-te ad-o-ré- mus.

*Ps.* Veníte. 377.

**Tempore Paschali.**

6.



R E- gem Archange-ló-rum Dómi-num, * Ve-
Ange-ló-rum



ní- te ad- o-ré- mus, al-le- lú- ia.

*Ps.* Veníte. 396.

## OFFICIA VOTIVA PER ANNUM.

Pro Feria II.

### De Sanctis Angelis.

*Invitatorium.* Regem Angelórum. *ut in Festis eorumdem*, 425.

Pro Feria III.

### De Sanctis Apostolis.

*Invitatorium.* Regem Apostolórum. *ut in Festis eorumdem*, 421.

Pro Feria IV.

### De Sancto Joseph, Sponso B. M. V.

*Invitatorium.* Laudémus Deum nostrum. *ut in Solemnitate ejusdem*, 414.

Pro Feria V.

### De Ss. Eucharistiae Sacramento.

*Invitatorium.* Christum Regem adorémus. *ut in Festo Corporis Christi*, 410.

Pro Feria VI.

### De Passione D. N. J. C.

*Invitatorium.* Christum Regem crucifixum. *ut in Inventione S. Crucis*, 414.

Pro Sabbato.

### De Immaculata Conceptione B. M. V.

*Invitatorium.* Immaculátam Conceptiónem. *ut in die Festi*, 411.

# INVITATORIA

## PRO ALIQUIBUS LOCIS.

Feria III. post Dom. Septuagesimae.

### Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti.

4. d



C Hristum Je-sum in monte O-li-vá-rum



o-rántem, * Ve-ní- te ad-o-ré- mus.

*Ps.* Veníte. 388.

Feria III. post Dom. Sexagesimae.

### In Commemoratione Passionis D. N. J. C.

*Invitatorium.* Christum Regem crucifíxum. *ut in Inventione S. Crucis*, 414.

Feria VI. post Cineres.

### Sacrae Spineae Coronae D. N. J. C.

4. d



C Hristum Re-gem spi- nis co- ro-ná-



tum, * Ve-ní- te ad-o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 388.

Feria VI. post Dom. I. Quadragesimae.

## Ss. Lanceae et Clavorum D. N. J. C.




Feria VI. post Dom. II. Quadragesimae.

## Ss. Sindonis D. N. J. C.



Feria VI. post Dom. III. Quadragesimae.

## SS. Quinque Vulnerum D. N. J. C.

4. d



CHri-stum in Cru-ce confí- xum, quinque



pla-gis vulne-rá- tum, * Ve-ní- te ad- o-ré- mus.
*Ps.* Veníte. 388.

## 26. April. B. Mariae V. de Bono Consilio.

7.



SAncta Ma-rí- a, De- i Gé-nitrix Vir-



go, ma-ter bo-ni consí- li i, * Intercé-



de pro no- bis. *T. P.* Alle- lú- ia.
*Ps.* Veníte. 400.

Feria VI. post Oct. Ss. Corporis Christi.

## Sacratissimi Cordis Jesu.




Die 27. Junii.

## B. M. V. sub titulo de Perpetuo Succursu.




*Ps.* Veníte. 400.

Die 11. Julii.

## In Solemnitate S. P. N. Benedicti.




## 16. Julii. Triumphi S. Crucis.




## 26. Julii. S. Annae Matris B. Mariae V.





na- tum, * Ve-ní- te ad-o-ré- mus.
*Ps.* Veníte. 388.

Sabbato post Festum S. Augustini.

## B. Mariae Virginis de Consolatione.

4. d



J E-sum per Ma-rí- am nos conso- lán-



tem, * Ve-ní- te ad-o-ré- mus. *Ps.* Ve-ní-te. 388.

## 3. Sept. B. Mariae V., Divini Pastoris Matris.

7.



S Ancta Ma- rí- a, Di- ví- ni Pastó- ris



ma- ter, * Intercé- de pro no-



bis. *Ps.* Ve-ní- te. 400.

Die 11. Octobris.

## Maternitatis B. Mariae Virginis.




Die 16. Octobris.

## Puritatis B. Mariae Virginis.



Die 23. Octobris.

## Sanctissimi Redemptoris.



# ALII CANTUS

*(ex Editione Vaticana).*

## IN NATIVITATE DOMINI.

### Invitatorium.

4. g



CHri- stus na- tus est no- bis : * Ve- ní-



te, ad-o-ré- mus.

*Chorus repetit :* Christus natus est nobis : * Veníte, adorémus.

### Psalmus 94.



VEní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lémus



De- o, sa-lu-tá-ri nostro : prae-occu-pémus fá-ci- em



e-jus in confessi- ó-ne, et in psalmis ju- bi-



lémus e- i.

*Chorus :* Christus.



Quó- ni- am De- us magnus Dóminus, et Rex ma-



gnus super omnes de- os : quóni- am non repéllet Dó-



minus plebem su- am : qui- a in manu e-jus sunt



omnes fi-nes terrae, et al-ti-tú-dines mónti- um



i- pse cónspi- cit.

*Chorus :* * Veníte.

*In sequenti Psalmi versu, ad verba* veníte, adorémus, et procidámus ante Deum, *genuflectitur.*



Quó- ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit il-



lud, et á-ri-dam fundavé- runt manus e- jus : ve-



ní- te, ado- rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :



plo- rémus co-ram Dómi-no, qui fe- cit nos, qui- a



ipse est Dóminus De- us noster ; nos au- tem pó-



pu-lus e-jus, et oves pá- scu-ae e- jus.

*Chorus :* Christus.



Hó- di- e, si vocem e-jus audi- é-ri- tis, no- lí-te


obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba-
ti- ó-ne secúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-
to : u-bi tentavé-runt me patres vestri, pro-ba-
vé-runt et vi-dé-runt ó- pe-ra me- a.
*Chorus :* * Veníte.
Quadragínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-
ti- ó-ni hu- ic, et di-xi : Semper hi errant corde ;
ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as : quibus



ju-rávi in i-ra me- a : Si intro- íbunt in ré-



qui- em me- am.

*Chorus :* Christus.



Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-



cto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper,



et in saécu-la saecu- ló-rum. A- men.

*Chorus :* * Veníte.

*Cantores :* Christus.

*Chorus :* * Veníte.

## DOMINICA RESURRECTIONIS.

### Invitatorium.

6.



SUrré- xit Dómi- nus ve- re, * Al-le-



lú- ia.

*Chorus repetit :* Surréxit Dóminus vere : * Allelúia.

### Psalmus 94.



VE-ní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lémus



De- o sa- lu-tá- ri nostro : prae-occu-pémus fá- ci- em



e-jus in confessi- ó- ne, et in psalmis ju-bi-lémus



e- i.

*Chorus :* Surréxit.



Quó-ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex ma-



gnus super omnes de- os : quóni- am non re-péliet



Dómi-nus ple-bem su- am: qui- a in manu e-jus sunt



omnes fi-nes ter-rae, et al-ti-tú-di-nes mónti- um



ipse cónspi- cit.

*Chorus :* * Allelúia.

*In sequenti Psalmi versu, ad verba* Venite, adorémus, et procidámus ante Deum. *genuflectitur.*



Quó-ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit il-



lud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e- jus :


ve-ní-te, ad-o-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :
plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe- cit nos, qui- a
ipse est Dómi-nus De- us no-ster; nos autem pó-
pu-lus e-jus, et oves páscu- ae e- jus.
Chorus : Surréxit.
Hó-di- e, si vo-cem e-jus audi- é-ri- tis, no-lí-te
obdu-rá-re corda ve-stra, sic- ut in exa-cerba-
ti- ó-ne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sér-
to : u-bi tenta-vé-runt me patres ve-stri, pro-ba-



vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a.

*Chorus :* * Allelúia.



Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-



ti- ó-ni hu- ic, et di-xi; Semper hi errant cor-



de; ipsi ve-ro non cognové-runt vi- as me- as :



quibus ju-rá-vi in i-ra me- a : Si intro- í-bunt in



réqui- em me- am.

*Chorus :* Surréxit.



Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-



cto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper,



et in saécu-la saecu-ló-rum. A-men.

*Chorus :* * Allelúia.

*Cantores :* Surréxit Dóminus. *Chorus :* * Allelúia.

**Alter tonus recentior ad libitum.**



VEní-te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lémus



De- o, sa-lu- tá- ri nostro : prae-occupémus fá-ci- em



e-jus in con-fes-si- ó- ne, et in psalmis ju-bi-



lémus e- i.

*Chorus :* Surréxit.



Quó-ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex ma-



gnus super omnes de- os : quóni- am non re-péllet



Dóminus plebem su- am : qui- a in manu e-jus sunt



omnes fi- nes terrae, et alti-tú-di-nes mónti- um



ipse cónspi- cit.

*Chorus :* * Allelúia.

*In sequenti Psalmi versu, ad verba :* Veníte, adorémus, et procidámus ante Deum, *genuflectitur.*



Quó-ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe- cit il-



lud, et á-ri-dam fundavé-runt ma- nus e- jus :



ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De- um :



plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse



est Dómi-nus De- us no-ster; nos autem pópu-lus



e-jus, et oves páscu-ae e- jus.

*Chorus :* Surréxit.



Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te



obdu-rá-re corda vestra, sic-ut in exa-cerba-



ti- ó-ne se-cúndum di- em tenta-ti- ó-nis in de- sér-



to : u-bi tentavé-runt me patres vestri, proba-



vé-runt et vi-dé-runt ópe-ra me- a.

*Chorus :* * Allelúia.



Quadragínta annis próximus fu- i gene-ra-ti- ó-ni



hu- ic et di-xi : Semper hi errant cor-de ; ipsi



ve-ro non cognové-runt vi- as me- as : quibus ju-rávi



in i- ra me- a : si intro- í-bunt in réqui- em



me- am.

*Chorus :* Surréxit.




*Chorus :* * Allelúia.

*Cantores :* Surréxit Dóminus. *Chorus :* Allelúia.

---

# CANTUS RECENTIORES

## USU RECEPTI.

### Jesu, tibi vivo.




### Panis angelicus. 1.






**Alius cantus. 2.**




tas duc nos quo téndimus, Ad lu- cem quam inhá-
bi-tas. A-men.

## Laetamini.


5.
LAetá-mi-ni, u-ná-nimi, Vos pó-pu-li, Sint
cánti- ca dulcí-so-na, Gra-tíssima. Ave Je-su, Ve-
rum Manhu, Chri-ste Je-su! Sis Hósti- a, Spes, Gló-
ri- a, Victó-ri- a.
2. Accúr-ri-te, co-mé-di-te et bí- bi-te; Nox áb-
e- at, Lux fúlge- at, Vox ré-pe-tat: Ave Je-su.



3. Christí- co-la, con-sí-de-ra mi-rá-cu-la Dic spé-



ci- es laudá-bi- les, mi-rá-bi-les. Ave Je-su.



4. Sit cán-ti-cum mel- lí-flu- um, perpé- tu- um, O Cá-



ri- tas, O Bó-ni- tas, O Vé-ri-tas! Ave Je-su.



5. Omní- pot-ens, Mi- sé-ri-cors, homí- ni-bus An-



gé-li- cum dat fércu- lum, dat pó-cu-lum. Ave Je-su.



6. Innó- cu- e da ví-ve-re, pa-cí- fi-ce, Te cú-



pi- am, Te dí-li-gam, Te ví-de- am! Ave Je-su.

## Maria, flos virginum.




3. Virgo, gaude omni laude, digna et praecó-
ni- o, quae damná-tis li-bertá-tis facta es occá-si- o.
María.
4. Semper munda et foecúnda Virgo et pu- érpe-
ra, ma-ter alma vel-ut palma flo-rens et fructí- fe-ra.
María.
5. Cu-jus flo-re vel o-dó- re recre- á-ri cú-pimus,
cu-jus fructu nos a luctu li-be-rá-ri cré-dimus.
María.
6. Pulchra to-ta si-ne no- ta Cu-juscúmque mácu-
lae fac nos mundos ac jucúndos te laudá-re sédu-le.
María.

## O Cor, amore.

2.




## En inveni.

6.




be-nígni Je-su. Ad hoc templum, ad haec sancta
sanctó-rum, ad hanc arcam te-staménti ado-rá-
bo, et laudábo nomen Dómi- ni. * O Je- su, ad-
mít- te pre-ces in sacrá-ri- o exaudi- ti- ó- nis
tu- ae. ℣. O dulcíssime Je-su, me to-tum in
Cor tu- um tra- he : munda me a peccá- to
me- o, ut in Corde tu- o mé-re- ar semper ha-
bi-tá- re. O Je- su.

# INDEX

## FESTORUM DE TEMPORE ET DE SANCTIS.


Adventus Domini . . . . 125
Agathae Virg. Mart. . . . 260
Agnetis Virg. Mart. . . . 258
Angelorum Custodum. . . 306
Apparitionis B. M. V. Immac. 263
Ascensionis Domini . . . 221
Assumptionis B. M. V. . . 295

Benedicti Abbatis . . . . 275

Caeciliae Virg. Mart. . . . 321
Conceptionis Immac. B. M. V. 130
Cordis Jesu . . . . . . . 242
Coronae Spineae D. N. J. C. 190
Crucis D. N. J. C. . . . . 347

Fidelium Defunct. . . . . 316

Gertrudis O. N. . . . . . 321
Gregorii Magni Papae . . 266

Innocentium . . . . . . . 146

Joachim et Annae . . . . 286
Joannis Baptistae Nativit. . 276
Joseph Solemnitatis . . . 269

Laurentii Mart. . . . . . 294

Mariae Magdalenae . . . 285
Martini . . . . . . . . . 319

Nativitatis B. M. V. . . . 300
Nominis Jesu. . . . . . . 148

Omnium Sanctorum . . . 313
Orationis D. N. J. C. . . . 176

Passionis D. N. J. C. Comm. 179
Passionis Temp. . . . . . 198
Pentecostes . . . . . . . 225
Petri et Pauli. . . . . . . 277
Placidi et Soc. Mart. . . . 308
Purificationis B. M. V. . . 260

Quadragesimae Temp. . . 161
Quinque Vulnerum D.N.J.C. 174

Raphaelis Archang. . . . . 311
Resurrectionis Domini . . . 208

Sanguinis Pretios. D.N.J.C. 280
Scholasticae Virg . . . . 262
Septem Dolorum B. M. V. . 303
Sindonis D. N. J. C. . . . 193

Teresiae Virg. . . . . . . 310
Transfigurationis D. N. J. C. 288
Trinitatis. . . . . . . . . 233

Visitationis B. M. V. . . . 282

# INDEX ALPHABETICUS.


Ad honorem Messiae . . . 136
Ad Jesum autem . . . 181
Ad nutum Domini . . . . 75
Adeste fideles . . . . . 141
Adesto sancta Trinitas . . 234
Adoremus I . . . . . . . 14
— II . . . . . . . 14
— III . . . . . . 15
— IV . . . . . . 16
Adoro te . . . . . . . . 30
Adspice ut Verbum . . . 177
Anglorum jam . . . . . 266
Attende Domine . . . . 167
Audi benigne Conditor . . 173
Aurea luce . . . . . . . 277
Ave, honor . . . . . . . 111
Ave Maria . . . . . . . 59
Ave Maria. *Sequentia* . . . 104
Ave Maria, Dei Genitrix . . 68
Ave mundi . . . . . . . 101
Ave, mundi gloria . . . . 114
Ave Regina . . . . . . . 121
Ave verum . . . . . . . 29
Ave, virgo . . . . . . . 72

Beata Agnes . . . . . . 258
Beata es . . . . 63, 121, 295
Beatus Laurentius . . . . 294
Benedicta semper . . . . 236
Benigna Domina . . . . 122

Candida Virginitas . . . . 95
Christe, vivens hostia . . . 47
Christus Jesus . . . . . 294
Coenantibus illis . . . . . 44
Concordi laetitia . . . . 83
Conditor alme siderum . . 128
Consolantem me quaesivi . 180
Cor arca . . . . . . . 244
Cor Jesu . . . . . . . 258
Cor Jesu Sacratissimum . . 17
Cor meum . . . . . . . 255

Corde Patris genitus . . . 145
Cum accepisset Jesus . . . 180
Cum inducerent . . . . . 260
Cum vidisset Jesus . . . . 305
Custodes hominum . . . . 306

Deponens Joseph . . . . 197
Dies iste celebretur . . . 130
Dum aurora . . . . . . . 322
Dum in cruce . . . . . . 174
Duo Seraphim . . . . . . 233

Ecce nomen Domini . . . 140
Ecce panis . . . . . . . 25
Ecce pulchra . . . . . . 313
Ego sum . . . . . . . . 175
En ut superba . . . . . 242
Eructavit cor meum . . . 296
Est mihi Puer natus . . . 143
Est secretum . . . . . . 321
Exite Sion . . . . . . . 190
Exsultemus . . . . . . . 218

Factus in agonia . . . . 176
Felix namque es . . . . 64
Festivis resonent . . . . 280
Filioli implete . . . . . 255
Firmator sancte . . . . . 241
Flore vernans . . . . . . 117
Foderunt manus meas . . 180
Fulget mundo . . . . . . 288

Gaude Dei Genitrix . . . 62
Gloriam sacrae . . . . . 193
Gregorius respiciens . . . 268

Hodie gloriosa . . . . . 266
Hodie intacta Virgo . . . 144
Hodie Simon Petrus . . . 279
Homo quidam . . . . . . 40

Immolabit haedum . . . . 42

Imperatrix reginarum . . . 94
Inviolata . . . . . . . . 79
Invocatio ad Ss. Cor Jesu . 17
Iste quem laeti . . . . . 269

Jesu dulcis amor. . . . . . 196
Jesu dulcis memoria . . . 148
Jesu, magister cordium . . 154
Jesu, Rex admirabilis . . . 156
Jesus auctor clementiae . . 151
Joachim est nata . . . . . 286

Kyrie fons bonitatis . . . 238

Laetabundus . . . . . . . 138
Laetare alma . . . . . . . 274
Languentibus. . . . . . . 316
Litaniae Lauretanae . . . 50
— Cantus II . . . . 54
— Cantus III . . . 56
Litaniae Ss. Cordis Jesu . . 249
— Cantus II . . . . 252
Litaniae Ss. Nominis Jesu . 158
Litaniae S. Joseph . . . . 272
Lux illuxit . . . . . . . . 212

Maerentes oculi . . . . . 184
Magnificat. . . . . . . . 256
Maria est lilium . . . . . 70
Maria Virgo . . . . 119, 123
Memorare . . . . . . . . 60
Miserere et parce . . . . 169
Miserere mei Deus. . . . 161
Misit me . . . . . . . . 45
Mittit ad Virginem. . . . 85

Nativitas Mariae . . . . 300

O admirabile nomen . . . 150
O beata infantia. . . . . 149
O beatum Pontificem . . . 320
O beatum virum. . . . . 319
O caelestis norma . . . . 275
O Caput cruentatum . . . 181
O Crux benedicta . . . . 205
O Crux splendidior. . . . 207
O Crux, viride . . . . . . 204
O dignissima . . . . . . . 321
O felicem virum . . . . . 271
O filii . . . . . . . . . . 215
O gloriosa . . . . . . . . 67
O Jesu vivens . . . . . . 49
O Maria . . . . . . . . . 107
O mira res. . . . . . . . 119
O quam glorifica . . . . . 82
O quam praeclara . . . . . 262
O quam suavis . . . . . . 26
O quantum . . . . . . . . 246
O quot undis . . . . . . . 303
O sacrum convivium . . . 27
O Salutaris I . . . . . . . 18
— II . . . . . . 19
— III . . . . . . 19
— IV . . . . . . 20
— V. . . . . . . 20
— VI . . . . . . 21
— VII . . . . . . 21
— VIII . . . . . 22
— IX . . . . . . 22
— X . . . . . . 23
— XI . . . . . . 23
— XII . . . . . . 24
O salutaris virgo . . . . . 73
Omnes gentes . . . . . . 221
Omni die . . . . . . . . . 97
Omnis expertem . . . . . 263
Oramus te . . . . . . . . 120

Pange lingua . . . . . . . 33
Panis angelicus . . . . . . 24
Pater superni. . . . . . . 285
Positis genibus . . . . . . 176
Puer qui natus . . . . . . 276

Quae est ista . . . . . . . 299
Quaenam lingua. . . . . . 187
Qui manducat . . . . . . 46
Quicumque Christum . . . 292

Regis superni. . . . . . . 310
Rorate caeli . . . . . . . 125
Rosa vernans. . . . . . . 91

Sacris solemniis . . . . . 36
Salve columna . . . . . . 189
Salve Crux sancta . . . . 200
— Alter tonus . . . . 203
Salve dies . . . . . . . . 208
Salve Mater . . . . . . . 88
Salve, Mater salvatoris . . 109
Salve virga florens . . . . 93
Salve virginale . . . . . . 96
Salvete flores Martyrum . . 146
Sancta et immaculata . . . 76
Sancta Maria. . . . . . . 71
Sancti Spiritus . . . . . . 229
Sanctissime Confessor . . 275
Septennis Placidus. . . . 308
Solem justitiae . . . . . . 66
Speciosa . . . . . . . . . 69
Stabat Mater. . . . . . . 198
Stans beata . . . . . . . 260
Sub tuum . . . . . . . . 58
Super omnia . . . . . . . 206
Supplicatio . . . . . . . 18
Surge propera . . . . . . 262

Tantum ergo I . . . . . . 1
— II. . . . . . 2
— III . . . . . 3
— IV . . . . . 3
— V. . . . . . 4
— VI . . . . . 5
— VII . . . . . 6
Tantum ergo VIII. . . . . 6
— IX . . . . . 7
— X. . . . . . 8
— XI . . . . . 8
— XII . . . . . 9
— XIII. . . . . 10
— XIV. . . . . 10
— XV . . . . . 11
— XVI . . . . . 12
Te laudamus Domine. . . . 248
Tibi Christe . . . . . . . 311
Tota pulchra es . . . . . . 134
Tota pulchra es, amica . . 61

Unus panis . . . . . . . . 41

Veni ad montem myrrhae . 179
Veni Creator . . . . . . . 226
Veni Domine Jesu . . . . . 13
— Alius cantus . . . . 13
— Alius cantus . . . . 13
Veni praecelsa . . . . . . 282
Veni Sancte Spiritus . . . 225
Venite populi . . . . . . . 28
Verbum supernum . . . . . 38
Vere languores . . . . . . 192
Virginitas caelum . . . . . 78
Virgo Dei Genitrix. . . . . 80
Virgo hodie fidelis . . . . 144
Virgo Maria . . . . . . . . 124
Virgo parens Christi . . . 77

# APPENDIX.


Amavit eum . . . . . . . . . . . . 361
Annae Matris B. M. V. . . . . . . . . 432
Archang. et Angelorum . . . . . . . . 425

Commune Apostol. et Evang. . . . . . . . 421
— Confessorum . . . . . . . . . 422
— Dedic. Eccles. . . . . . . . . . 424
— Martyrum . . . . . . . . . . 421
— Non Virginum . . . . . . . . . 423
— Virginum . . . . . . . . . . 423
Corporis Christi Festum . . . . . . . . 410
Crucem tuam . . . . . . . . . . . 349
Crucis Exaltatio . . . . . . . . . . 418
— Inventio . . . . . . . . . . . 414
— Triumphus . . . . . . . . . . 432

Da Pacem . . . . . . . . . . . . 326
Deus tuorum militum. . . . . . . . . . 350
D. N. J. C. Ascensio . . . . . . . . . 408
— Cor sacratissimum . . . . . . . . 415
— — (pro aliquibus locis) . . . 431
— Corona spinea. . . . . . . . . 428
— Epiphania . . . . . . . . . . 406
— Lancea et clavi . . . . . . . . 429
— Nativitas Domini Vigilia . . . . . 404
— Nativitas Domini Festum . . . . . 405
— — Alii Cantus . . . . 436
— Nomen . . . . . . . . . . 411
— Oratio . . . . . . . . . . 428
— Passio (Comm.) . . . . . . . . 428
— — Off. votiv. . . . . . . . . 427
— Quinque Vulneres . . . . . . . 430
— Redemptoris . . . . . . . . . 435
— Regis . . . . . . . . . . . 420
— Resurrectio . . . . . . . . . 408
— — Alii Cantus . . . . . . 441
— Sanguis pretios. . . . . . . . . 416
— Sindo. . . . . . . . . . . . 429
— Transfiguratio. . . . . . . . . 417
Dominicis et Feriis Adventus . . . . . . 404

En inveni . . . . . . . . . . . . 456
Euge serve bone . . . . . . . . . . 367

Fortem virili pectore . . . . . . . . . 371

Gaudent in caelis . . . . . . . . . . 356

Hic vir despiciens . . . . . . . . . . 368

Iste Confessor, in Semidupl. . . . . . . . . 357
— in festis Duplicibus . . . . . . . . . 359
— pro Doctoribus . . . . . . . . . . 360
— in festis Solemnibus . . . . . . . . . 360
— pro Cf. non Pontif. in Dupl. . . . . . . . 364
— in Dupl. majoribus . . . . . . . . . 366
Iste sanctus . . . . . . . . . . . 352
Istorum est enim . . . . . . . . . . 356

Jesu, corona Virginum . . . . . . . . . 368
Jesu, tibi vivo . . . . . . . . . . . 450
Joannis Bapt. Nativitas . . . . . . . . . 415
Joseph Sponsi B. M. V. . . . . . . . . . 412
— Solemnitas . . . . . . . . . . 414

Laetamini . . . . . . . . . . . . 452
Laurentii Martyris . . . . . . . . . . 417
Litaniae (XL Horarum) . . . . . . . . . 338

Manum suam . . . . . . . . . . . 373
Maria, flos virginum . . . . . . . . . . 454
Mariæ Virginis, per annum . . . . . . . . 425
— Annuntiatio . . . . . . . . . . 413
— Assumptio . . . . . . . . . . 417
— de Bono Consilio . . . . . . . . . 430
— de Consolatione . . . . . . . . . 433
— Conceptio Immaculata . . . . . . . . 411
— Mater Divini Pastoris . . . . . . . . 433
— Maternitas . . . . . . . . . . 434
— Nativitas. . . . . . . . . . . 418
— Officium parvum . . . . . . . . . 425
— de Perpetuo Succursu . . . . . . . . 431
— Purificatio . . . . . . . . . . 412
— Puritas . . . . . . . . . . . 434
— Rosarium . . . . . . . . . . 419
— in Sabbato . . . . . . . . . . 425
— Septem Dolores (T. Pass.) . . . . . . . 413
— Septem Dolores (Sept.) . . . . . . . . 419
— Visitatio . . . . . . . . . . . 416

O Cor, amore . . . . . . . . . . . 456
O Doctor optime . . . . . . . . . . 362
Omnium Sanctorum . . . . . . . . . . 420

Oremus pro Antistite . . . . . . . . . . . 324
— Alter Cantus. . . . . . . . . . . 325
— pro Pontifice. . . . . . . . . . . 323

Pacem tuam . . . . . . . . . . . . 326
Panis angelicus . . . . . . . . . . . 450
— Alius Cantus . . . . . . . . . . . 451
Parce Domine . . . . . . . . . . . . 327
Passionis Tempore . . . . . . . . . . . 407
Pentecostes . . . . . . . . . . . . 409

Quadragesimae Dominicae . . . . . . . . . 407
Qui vult venire . . . . . . . . . . . 352
Quinquagesimae Dominica . . . . . . . . . 406

Sacerdos et Pontifex . . . . . . . . . . 361
Sanctorum meritis . . . . . . . . . . . 353
Septuagesimae Dominica . . . . . . . . . 406
Sexagesimae Dominica . . . . . . . . . . 406
Similabo eum . . . . . . . . . . . . 366
Simile est . . . . . . . . . . . . . 373
Solemnitas S. P. N. Benedicti . . . . . . . . 432
Stephani Protomartyris . . . . . . . . . 405

Te decet laus . . . . . . . . . . . . 328
Te Deum laudamus . . . . . . . . . . . 328
— Tonus simplex . . . . . . . . . . 333
Tempore Paschali . . . . . . . . . . . 408
Toni Psalmi Invitatorii . . . . . . . . . 374
— Tonus 3. . . . . . . . . . . . 377
— Tonus 4 g . . . . . . . . . . . 381
— Tonus 4 E . . . . . . . . . . . 385
— Tonus 4 d . . . . . . . . . . . 388
— Tonus 5. . . . . . . . . . . . 392
— Tonus 6. . . . . . . . . . . . 396
— Tonus 7. . . . . . . . . . . . 400
Trinitas . . . . . . . . . . . . . 409
Tu es Petrus . . . . . . . . . . . . 323

Veni sponsa Christi . . . . . . . . . . 370
— Tonus alter . . . . . . . . . . 370
Vexilla Regis . . . . . . . . . . . . 347

Imprimé par la Société S. Jean l'Évang., Desclée & Cie, — Tournai (Belgique.) — 5163.